

ter, corpus ejus levavit, & ibi monasterium sanctarum virginum instituit, suisque opibus locupletavit. Idem.

* S. GERTRUDIS virgo toto orbe celeberrima, nata est Landis Brabantia, vetusto oppido, nunc bellorum tumultibus vix oppidi speciem referente. Filia fuit Pipini I. Ducis Brabantia, multaque oppida, & ditiones hereditario jure possidebat. Patre mortuo, cum matre Iduberget, Nivella propriam domum commutavit in monasterium, exhortatione S. Amandi Episcopi: qui & locum consecravit, & matrem cum filia sacro velamine induit. Fuit propaganda religionis Christianae studiosissima: in pauperes, & egenos promptissima: hospitalitatis amanissima. Quibus virtutum ornamentis decorata, ad Sponsam migravit, anno DCLXIV.

* HILTRUDIS tempore Pipini Regis claruit in Diocesi Cameracensi. Quae cum amore Christi Hugonem Burgundionum Principem fugeret, à Theodorico Cameracensi Episcopo sacrum velamen accepit, bonumque propositum sine laudabili concludit, adornataque lampade plena oleo, venientis sponso occurrit. Idem ibidem.

* LANDRADA Pipini R. filia, Caroli Magni foror, ab incunte aetate Christianam Religionem excoluit, & Ecclesiam ad honorem Deiparæ virginis virgo edificavit, quam Lambertus Episcopus consecravit in loco dicto Billen, in diocesi Leonidensis. Ubi & Sanctorum virginum Collegio præfuit, & Amelbergam virginem pietate, & Christianis, ac moribus, ac præceptis imbuat. Idem Malanus supra.

* VVALDETRUDIS S. Landrici mater, Vincentii sanctissimi Hannoniæ Comitis uxor. Quæ marito in monasterium Altimontis digressa, montis S. Giffenii, à B. Authetto Episcopo sacrum velamen petiit, & accepit: cellulamque, sive Cœnobium in monte, qui Castrilocus est, in Hannoniæ Metropoli construxit. Eaque cellula hodie in Ecclesiam S. Vvaldestrudis conversa, effecta est Canonicarum nobilium Collegium, cujus perpetuus Abbas est Comes Hannoniæ. Idem.

Plura qui vult, consulat eos, qui Sanctorum gesta, & memorias litterarum monumentis consignarunt, à quibus non nisi paucissima Exempla selegimus.

RELIGIONEM ASSUMPTAM

MUTARE, DESERERE, &c.
C. Religionem, qui deseruerint, quomodo, quare ex causa. EREMITÆ.
Vide Locum Eremitarum ex Monachis. EPISCOPI.
Consule locum Doctorum Ecclesiasticorum. SÆCULARES.

SIGEBERTUS Orientalium Anglorum rex sanctissimus, tradita regni administratione Egriico cognato, in cœnobium se abdidit. Verum cum non multo post Penda Merciorum tyrannus savissimus Egriicum bello graviter premeret, Sigebertus causa juvandi suos, de cœnobio egredi edii compulsum, qui ut ne religionis, ac institutæ vitæ immemor haberetur, virgum loco sceptri gerens, & gladio duntaxat armatus in prælium descendit, in quo unâ cum Egriico, ac toto serè exercitu, interit. Polyd. lib. 4. & Beda lib. 3. c. 18. Ecclesiastica hist.

JOANNES Armeniæ rex Clemente VI. Pontifice relicto Leonis nepotico, eremum solus incolere potius, quam regno uti maluit. Cum autem postea Turæ Armeniam infestarent, D. malèque Leo eam tueretur, à populis regnum sumere coactus, magno animo diu defendit. Ostendens nempe inertia compulsum antè de regnum reliquisse, neque postea ambitione, aut levitate resumpsisse. Fulg. 1. c. 1.

RANIMIRUS, Petri Aragonensium regis frater monachus, fratre mortuo, à magnatibus apud Oscam in regni solio collocatus, fororem Comitis Pictaviensis in uxorem duxit. Successit filiam Petronam, qua postea dicta fuit Utraca, Raimundo Barcinonensi Comiti nupta. Ea ut facta est nubilis itatim Rex fuit suo monasterio restituta. Rodericus Toletan. lib. 1. c. 1. Hispan. c. 2. Populorum voluntate Raimundo Barcinonensi Comiti nupta puella, duo regna Aragonum, Catalanicūque simul junxit. Fulg. 1. c. 1.

MIESCO Polonorum principe mortuo, Casimirus F. ob impotentem Rixæ matris dominatum patria pulsus, in Cluniacensi cœnobio monachum inducitur. Cæterum cum à Boemis graviter premeretur Poloni, Henrici II. Imp. cura, interveniente Benedicto IX. Papa assensu, sacram personam

profana mutavit, nihil sibi de priorè statu retinens, nisi consuetudinem attondendi, decurandique capillos, cum alii Poloni casariam instar mulierum alerent. Permanet in hunc usque diem apud Polonos jejuniū, & tributum à Romano tunc Pontifice ad expandam religionem à Casimiro profanatam institutum. Nam & jejuniatur ab illis in singulis Mercurii dies, & quotannis ab uno quoque solvitur denarius, qui sancti Petri cognominatur, quoniam æterno igni in ade D. Petri alendo impenditur. Duvacius lib. 7. Ferunt ob titulum hujus dispensationis, indicum esse Polonis: ut in tonsura rotunda capillorum diu se conformarent ritibus religiosorum: quam postea ignominiam abolendo, supra cæteras nationes ceperunt nutrire capillum: idque ad nostra tempora duravit, ut se mineum in morem capilli dorſa virorum flagellent. Staturum quoque tum ajunt à Pontifice, ut pro alendo in perpetuum lumine, in Ecclesia beati Petri Romæ censum solverent: quod in Polonica lingua Snato Petre, hoc est, sanctum beati Petri vocatur. Crantz. 1. 2. Vand. c. 37.

HENRICUS III. Imperator Argentinam aliquando veniens, fratrum in majori Ecclesia degentium regulam amplexus est. Verum cum eam servare integrum non esset, sacerdotem quandam substituit, qui suo loco sacris præfret, F. cujus præbenda hodie Regularis dicitur. Nucleus vol. 24. CONSTANTIA filia Rogerii regis Sicilia, & Apulia monastice vitæ sese mancipavit in cœnobio Panormitano. Sed post patris mortem clam à Cælestino Pontifice e ducta, legitimo copulata est matrimonio Henrico VI. Imperatori, Cbron. Bambergense.

* PERSEVERANTIA IN VOCATIONE, ET RELIGIONE ASSUMPTA.

ANTONIUS Magnus cum primùm solitudinem inhabitare decrevisset, ne verberibus quidem demonum absterri potuit; quin quod ceperat, perseque pergeret. Persevera vitæque ab octavo decimo ætatis sue anno usque ad centesimum quintum, quoniam Domino quievit, qui servavit: Anglorum sortitus gloriam, qua in perseverando demonum contemplationis injurias. D. Athanas. in vita.

THEODORUS quoque Pachomii discipulus, professionis suæ initio à matre multum, ut rediret, sollicitus, nunquam assensit. Attulerat illa ab Episcopis literas, quibus reddi sibi finem præcipiebatur. Hisque obsequi compulsum Abbas discipulo descendendi potestatem fecerat. Cæterum ipse omnibus præferens Christum, nec egredi de monasterio voluit, nec saltem se ostendere matri: ne scilicet scandalizantem oculum, quem à se jam proiecisset, rursum querere videretur. Perseveravit ergo in monasterio, & factus est Dei filius, qui matris esse noluit. Metaphrastes in vita.

D. THOMAS Aquinatem de monasterio Prædicatorum vi tractum, & domi clausum, fratres ejus, ut à religione revocarent, biennio serè tenuerunt. Sed cum ille neque minis tereretur, neque blanditiis allici posset, neque meretriculæ, quam ad illum introriserant, lascivia deliniri, demissus ad monasterium rediit, ac veluti Sol, qui diu nubeculis lateat, mox serenato celo irradiare terram incipit: sic ille relictiis fratribus, & domo, illuminare Ecclesiam cepit, & mortum, & ingenii, & doctrinæ nitore. Nequaquam ad tantam gratiæ claritudinem pervenisset, nisi etiam nebula fraternæ fatuitatis circumseptus currete perseverasset, in proposito firmus, in tentationibus invictus. Sarius in vita tom. 2.

S. NICOLAUM Tolentianum præclaræ sanctitatis virum hostis antiquis suæ initio conversionis præ invidia non ferens, ut olim primum hominem per Evam, ita sanctum virum per ejus confobrinum exerceat conatus est. Erat is confobrinus ejusdem monasterii Prædictus, sive Prior prope Fitmanam urbem, quod monasterium sancta Maria Jacobi appellatur. Cum ergo videret ille Prior S. Nicolai confobrinum sui paupertatem, nuditatem, vitæ austeritatem, & cælestem, dolens ejus vicem, ait ad eum: Cur tantam patris miseriam? Consule juvenuti tuæ, & hujus monasterii bonis mecum fruire. Cum enim fanguine tibi conjunctus sim, non possum ferre juvenutem tuam diutius tanta miseria affici. Intellexit vir sanctus sagittam diaboli, & in ejus monasterii Ecclesia ad deprecandum Dominum totum se contulit, secum adversus satanæ jacula corripens. Porro cælestis agricola, cui non placet, ut qui semel manum ad araturum miserunt, ii respiciant retro, illi flexis genibus, & sursum elevatis manibus dicenti, Dirige

Dirige Domine in conspectu tuo viam meam, mox practico fuit. Vidit enim viginti annos, eum in duos distributos chotos, vestibus albis faciebatur tutilibus sibi assistere, atque una voce ter clamare: Tollentini, Tollentini, Tollentini erit finis tuus. In ea vocatione qua vocatus es permanes: in ea namque eos esse, fed cælestis spiritus, non hominum, sed postea ipse strabus humiliter indicavit, cognoscensque se illic, id est Tollentini, moriturum quantumlibet cum deinceps confobrinus blandimentis alliceret, à vitæ suæ asperitate revocaret, laxioris instituti complexum suaderet, non passus est animum suum ullis ejus, vel blanditiis, vel terculamentis commoveri: sed factis à deo divinis visioni, illico Tollentinum properavit. Idem tom. 5.

Cum Senex federet in monasterio sancti Sabæ, accesserunt ad eum tres adolescentes, discipuli illius fieri volentes: Quos continuo hospicio lætissimè suscepit, omnibusque humanitatis officiis profectus est, volens illos ex itineris labore recreare. Post diem ergo tertium dicit eis senex: Ignoscite mihi, fratres, quia homo malignus sum, nec possum ex vobis quempiam suscipere. Illi vero nihilominus scandalizati non sunt, licebant enim senis opera. Sed cum maximis precibus, ut se suscipere, obtinere non possent; prostrati jam ante pedes ejus obsecrabant, ut vel vixit normam eis traderet, quo in loco, & quo modo habitare deberent. Cessit senior sciens quod cum humilitate ad obtemperandum parati id peterent. Atque veni: Vult Dominus te, o fili, in solitariis locis cum patre in subiectione persistere. Secundo autem dixit: Abi, vende facultates tuas, & Domino da, & tollens cruceam tuam perseite in conventu, & cœnobio fratrum, & omnino thesaurum habebis in celo. Deinde dedit tertio, Assume in animo tuo inseparabiliter, & tota intentione verbum illud: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit: in intimis visceribus reconde, abienique, si fieri potest: eum exercitatio tua in Domino duces, ac magistrum quære, quo in omnium mortalium natura nullus fit asperior, aut gravior, sub quo perseverans jugiter objurgationes, irrisiones, quotidie, ut mel, & lac bibe. Ad quem, frater ille inquit: Si hujusmodi negligens fuerit, quid facio, pater? Esti formicæ, inquit, illum videris, non descidere, sed ad te ipsum conversus dic: Amice, ad quid venisti? Tunc apicies tuum morem tuæ mentis dissipari, excandescantiamque mitefcere. Climachus de obedient. gradu 4.

FRATER ROBERTUS, S. Bernardi monachus, & secundum carnem propinquus, in adolescentia sua, quorundam persuasionem deceptus. Cluniacum sese contulerat. Venerabilis autem pater posteaquam aliquandiu dissimulavit, eundem fratrem statim per epistolam revocare. Quo dilante, venerabilis Vvithelmus Ricualis, postea monasterii primus Abbas in membrana scripta, eundem excipiente epistolam. Erant autem pariter subditi sedentes (ad didandum quippe secretis septa monasterii egressi fuerant) subito autem inopinatum imber erupit, & is qui scribebat (sicut ipse referente didicimus) chartam reponere voluit. Ad quem pater sanctus: Opus, inquit, Dei est, scribere, ne timeas. Scripsit ergo epistolam in medio imbre, sine imbre. Cum enim undique plueret, chartam expositam virtus operuit charitatis: & quæ distabat epistolam, schedulam quoque pariter conservabat: Circa autem epistolam medium hæc habentur: De seculo, non de Cluniaco, te teste, Roberte, venisti Cistercium. Quæstisti, petisti, pulsasti; sed tui adhuc teneritudine, te licet invito, dilatus es per biennium. Quo tempore patienter expleto, & abque calumnia tuis demum precibus, multique, si meministi, lacrymis, diu expectatam impetrasti misericordiam: & quem satis desideraveras, ingressum obtinuisti. Post hæc per annum juxta regulam in omni patientia probatus, perseveranter, & sine querela conversatus, post annum sponte professus, tunc primum seculari veste rejecta, religionis habitum suscepisti, O insensate puer, quæ te fascina vit non solvere vota tua, quæ distinxerunt labia tua? An non vel ex ore tuo justificaberis, vel ex ore tuo condemnaberis? D. Bernard. Epist. ad Rob. nepotem.

Olim in domum Carthusianorum, quæ juxta inferius Trajectum est, vir magnarum opum, & qui in seculo multa fuerat claritate conspicuus, ingressus, habitum ordinemque suscepit. Verum ut Isaac ait, Qui recessit à malo, præda paruit, invidia diaboli agitatur, qui prædam suam ad se revocare curabat, multis, & magnis cepit tentationibus fatigari. Cogitabat nempe, quas divitias, quasque delicias dudum debuerat, &

quibus fuerat honoribus sublimatus, & hæc cogitans de votivum pensitabat. Cùmque jam in id mentem non satis famam E impulsisset, ut recederet, talis signo est ab amentia revocatus: Habebat nempe de voluntate Prioris, aviculum arte canentem in cella sua, cum qua ludere solitus suas temperabat angustias. Instante igitur die, quo abire decreverat, acceptam aviculum emisit ex cavea, ad quam apertis cellæ fenestris loquitur dicens: Vola, inquit, Vola, & libere nunc, quò volueris, perge, inquam. Nam mox ego te consequtur eam cupiens libertatem, qua te nunc ipse donavi. Mirum dictu. Avicula indomitum animal, & omnis semper claustræ impatiens, licet omnia paterent, & sub nudo aere locaretur, divino, ut puto, instinctu colligata nusquam tentabat aufugere, nusquam voluit de cella commigrare. Ille cum sagacis esset ingenii, signum hoc Dei muneris adscribens, passus est se ab irrationabili animante doceri, intelligentis multo magis illum oportere nusquam avolare, nec vana libertate potiri, nec instar uxoris Loth ad fumigantem Sodomam oculis retorquere. Mansit igitur stabilis perseverans, pluris faciens gazis Aegyptiorum improprium Christi. Dion. Carthus. in Exhort. ad Novitios.

Fuit circa hæc nostra tempora Vir doctrina, & eruditione admodum clarus, qui ordinem Carthusianum assuetum maximis cepit tentationibus fatigari. Nam ab ipso ordinis ingressu, semper sibi omnia in contrarium vertebantur. Amici, propinqui, necessarii, & fraudes, & tendicula illi parabant, & quæ in seculo aliquando justè possederat, detrahebant. Ad hæc accessit illi infirmitas corporis quàm molestissima, quæ illum probabat, ac discutebat, an fidelis, & Deo dignus perduraret. His tantis agitatibus angustis nullatenus cessit. Quippe qui fundatus erat supra firmam petram: quem nec flumina, nec imbrum vis, nec fævus ventorum impetus poterat commovere. Sed non defuit militi suo adiutor Deus: quippe qui illi constantissimum in adversis contulit animum, & præcedente die, qua esset professionem facturus, omnem illi corporis agrotationem, ac molestiam abstulit, & in Christi victoria exultanti de cunctis sibi adversariis triumphum gloriam præparavit. Idem ibidem.

Bassani erat Antonius quidam natione Italus, qui in edito colle extra oppidum, ubi templum quoddam S. Veti est, & jucundissimum amœnam vallem fluminis Maduacis irrigantis prospectus, solitariam vitam colebat. Erat autem Antonius vir senex, & grandævus, præseque severitatis, illeteratus quidem, sed candidus, & insigni sanctitatis opinione, qui moribus, & etiam ipso aspectu magnum illum Antonium nobis, aut Hilariem aliquem relegebat. Novi ego ipse postea hominem. Hic Antonius, cum Ignatium nihil eximium præferentem haud magni faceret, immò verò in corde suo imperfectum duceret: orationi aliquando impense deditus, ipsum per speciem Domini demonstrante, virum excelsum, atque admirabilem esse cognovit, & ad multorum salutem de cœlo demissum: ceperitque illum pudere sui, seque, ac suum judicium graviter reprehendere, sicut ipsemet postea factus est. Antonii igitur vitæ admiratione captus quidam ex partibus decem, Bassani cum esset, & unâ Ignatius, fluctuare cepit, & addubitare, forene Deo gratius, ac sibi utilius inceptum vitæ cursum persequi, an ad Antonium sese transferre, & contemplationi vacantem, cœlestem vitam, & ab strepitu hominum, curisque vacuum traducere: Quarum cogitationum aculeis cum diutius pungeretur, domo egressus, aliquando ad Antonium ire constituit: ut cum illo licet conflia communicaret. Progreddenti, vir quidam terrifico aspectu, vultu minaci armatus occurrit, districto gladio in via consistens. Hominis aspectu percussus Pater resistit primùm, deinde ut fe collegit, ire perrexit; sed ille mirabundus, & ferocis impetum facit, & ut erat gladio vagina educto ipsum insequitur. In pedes fe noster quantum potuit coniecit, & pavens fuga suæ salutis cepit consulere. Fugientem illum armatus homo aliquandiu persecutus est, videntibus incolis, & mirantibus nostrum fugientem, & trepidantem: insequentem alterum non videntibus. Tandem rei novitate anxius, metu exanimatus, durorum cursu, & fatigatione anhelans domum, ubi Ignatius erat, festinus irrupit. Ad quem statim Ignatius, ita ne. inquit, vacillas? Modicæ fidei, quare dubitasti? Quæ divinx voluntatis significatio omnem dubitationem Petri sustulit, & ossifam animo caliginem dissipavit. Hoc ipse, qui vidit, qui passus est: sibi evenisse narravit. Ribadeneira lib. 2. cap. 9. in vita Ignatii.

TENTATI AD DESERENDAM
RELIGIONEM IN EA MANENT.
Per quid excitati?

Hujus generis illustre exemplum est apud Antonium de
Hugone Abbate Bonzevallis Ordinis Cisterciensis, qui sub
Clemente III. clauit, circa annum Dom. 1186. Hic saculum
cum reliquisset, cepit religiose admodum conuersari in mo-
nasterio: tentatus tamen valde fuit de egressu religionis. Hæc
cogitans intravit templum, & orans deuote cum lacrymis,
vidit supra altare Martem misericorditer vestitam lumine sicut
vestimentum. Et visum est ei, quod videret Jesum filium eius
iuxta eam, & quomodo annuntiatus fuerat ab Angelo, & de
Virgine natus, & pastoribus nunciatus, circumcisus, & a Ju-
deis postea captus, flagellatus, illusus, & crucifixus; & exinde
resurgentem intuetur, & ascendentem in caelum. Hæc eo
aspiciente, dixit ei Domina nostra: Viriliter age, & conforteris
cor tuum in Domino, & certus esto talibus tentationibus
te amodo non pulsandum. *Antonius, 2. part. Chron. tit. 17.
c. 2. §. 14.*

Sub hoc eodem sancto, & venerabili viro Hugone Abbate
Bonzevallenfi factus est religiosus quidam juvenis valde fer-
uens in principio, qui postea valde tentatus cogitabat ad sa-
culum redire. Cui cum Abbas, qui audierat ejus tentationem
in confessione, multum ei suaderet de remanendo, & nil
proficeret, dixit Abbas: Fili miserere animæ tuæ placens
Deo, ne perdas gloriam tibi paratam. Ego enim spondeo
tibi, & fiduciosum tui in hoc me confituro, quod si tu re-
maneris, sanctorum angelorum socius æternus eris. Ad qua
verba confortatus permanit, & optime conuersatus est. Qui
duobus annis ante mortem gravissima infirmitate laboravit,
ad eum consolandum missus est sanctus Job cum magna
creditate, qua totum infirmatorium monasterium est. Ego sum,
inquit, Job, quem pater misericordiarum, & Deus totius
consolationis misisti ad consolandum te: sicut ego in tali infir-
mitate patens fui: sic & tu. Et ideo florebis mecum in glo-
ria, & eraseris mecum, & metes, quod seminasti. Quod & fa-
ctum est. Et non multo post apparuit ei in gloria gratias agens
Abbati, per cuius admonitionem permanerat in ordine.
Idem ibidem.

Cœlestis gloria magnitudo, quæ religiosos manet post
hanc vitam, tentatos de egressu retinendi vim habet: uti
Franciscano cuidam novitio contigisse legimus. Is enim
cum in religionis oneribus premeretur, & præterea ita à
dæmone oppugnaretur, ut jam vix sustineret, & de saculo
repetendo indignas aleret cogitationes, hoc uno cœlesti re-
medio sanatus est. Nocte quadam dum in templo ante ve-
nerabilem Eucharistiam pertransiens; adorandi causa, genu
corpulque inclinet, illo ipso momento raptus, ac defixus est
in cœlesti visione. Aspiciebat longum agmen multorum
hominum ordine procedentium, eodem habitu, eademque
forma. Omnibus vestes erant candidæ; vultus autem, & ma-
nus, & pedes, quæ corporis partes è veste eminebant, ita splen-
didæ, ac radiantæ, ut cum ipsa solis luce certarent. Omnes
autem nescio cui tanquam hospiti recens advenienti obviam
ire, cumque cum festina gratulatione amplecti, atque etiam
cum honore deducere videbantur. Quæ ille cum timore,
& horrore persufus spectaret ab uno illorum inquirens, quid-
nam id esset, cognovit Franciscanum esse familiam, quæ ad
suum quandam, qui tum è vita migrarat, in caelum coman-
dandum prodisset. Vivere autem omnes in cœlo latissimos,
& felicissimos; atque honorem illum candidarum vestium,
D quas videret, datum eis esse pro religioso, quem in terris
gestarant, habitu; fulgorem autem corporis pro carnis in-
commodis: ac ipsum quoque ejusdem gloriae participem lu-
turum, si in suscepto consilio fortiter se, & constantem
præstiteret. Atque id quidem ille deinceps facile effecit, ita
enim confirmatus est, ut nunquam amplius vacillaret. *H.
Platus, l. 2. c. 18.*

In Vita *Laurentii Justiniani* scribitur de quodam Fratre,
qui importunis dæmonis tentationibus victus ad saculum re-
dire proponebat: prius tamen ultimum salutis suæ refugium
Laurentii opem, & consilium explorare statuit. Ad Laurentium
ergo se confertens: Ecce, Pater, inquit, nisi adjuves me,
ad saculum redco. Tum Laurentius acceptum aqua decoctum
lauri ramulculum Fratri tradidit: Accipe, inquit, & in hor-
to planta; & si quidem revirescat, securus esto de perseveran-
tia tua. Abiit ille, & plantavit, & reviruit. Et de miraculo
gaudens, memoriam, virgæ Aaron, & palmæ Macarii revo-
cavit. *Bern. Justinianus in vita, c. 4.*

Quodam tempore dum in die natali S. Andree Aposto-
li jam meridianis horis fratres quiescerent, subito quidam
frater apertis oculis cæcatus cepit tremere, & voces ingen-
tes emittere, quibus vocibus testabatur, ferre se non posse,
quod patiebatur. Concurrentes fratres viderunt cæcum aper-
tis oculis trementem, & clamantem, & à presentibus alien-
num, nihil quod foris agi poterat, sentientem. Eumque in
manibus levaverunt, atque ante altare sancti Andree Aposto-
li projecerunt, ipsique pro eo in oratione prostrati sunt. Qui
statim ad se reversus, quid passus fuerat, confessus est: quia
senex quidam ei apparuit, & canem nigrum ad eum dilaman-
tum dimisit dicens: Quare fugere voluisti de monasterio?
Cūque evadere de canis moribus nullo modo potuisset, ve-
nerunt quidam monachi, & eundem senem pro me rogave-
runt. Qui statim quidem canem abscedere, & ipse ad me rever-
sus sum. Qui etiam confessus est: quia eo die quo ita percu-
lit, consilium habuerat de eodem monasterio fugere. *D. Greg.
1. 9. Reg. tit. c. 38.*

Alius quoque monachus discedere de eodem monasterio
S. Andree latenter voluit. Cūque hoc mente tradidisset, vo-
luit oratorium ingredi, sed statim dæmonio traditus vehe-
mentissimè vexatus est. Relinquebatur vero à dæmonio, si ex-
tra oratorium steterit, & nihil patiebatur ad versi. Si vero
coatus fuisset ingredi statim maligno spiritui traditus vexaba-
tur. Cūque hoc sapienter fieret, culpam suam confessus est,
quia egredi de monasterio cogitabat. Tunc collecti pro eo
fratres, sese per triduum in precibus alitrinxerunt, atque ita
curatus est, ut ad eum postmodum nunquam spiritus mali-
gnus accederet. Dicebat autem se eundem beatum Aposto-
lum dum vexaretur vidisse, seque ab eo increpatum esse, quod
voluisset abscedere. *Idem ibidem.*

Ad hæc accedit, quod refert Joannes Epiratus in Prato Spi-
rituali. Accellimus, inquit, ad Eunuchorum monasterium
juxta sanctum Jordanem, ego, & frater meus Sophronius,
Narravitque nobis Abbas Nicolaus ipsum monasterii pre-
byter, dicens: In regione mea (erat autem ex Lycia) mo-
nasterium virginum est ferme quadraginta. In hoc ergo mo-
nasterio quinque Virgines sibi invicem condixerunt, ut
noctu de monasterio fugerent, & acciperent viros. Nocte
verò quadam cum dormiret sanctimonialis omnes, illis con-
sulantibus, ut vestimenta sua acciperent, & fugerent, con-
tinuò quinque decem à dæmonio correptæ sunt. Quo fa-
cto, non amplius exierunt monasterio, sed confesse pec-
cata, gratias egerunt Deo dicentes: Gratias agimus ma-
gnorum indulitori munerum Deo, qui flagellum hoc nobis
induxit, ut animæ nostræ non perirent. *Pratum Spirituale,
lib. 1. cap. 15.*

In historiis sanctorum Patrum refertur de quodam fratre,
qui cum incidisset in tentationem, oppugnationis molestia vi-
ctus, disciplinam monasticam perdidit; & cum iterum vel-
let observantia regulari principia resumere, illa animi tri-
bulatione impediatur, & dicebat in ipso: Quando eo me
in statu inveniam, quo aliquando fui? Deficiens animo,
ne aggredi quidem monachi ullum opus valebat. Veniens ad
quendam senem, narravit ei, quæ circa se agerentur. Senex,
audita deflectionis causa, adhibuit ei tale exemplum. Homo
quidam habuit possessionem, & ejus negligentia in sentes
redacta est, ac repleta tribulis, & spinis. Visum est autem
ei postea, ut eam excoleret, dixitque filio suo: Vade, &
purga agrum possessionis illius. Venit filius, ut purgaret;
Sed cum respexisset, vidit multitudinem tribulorum, & spi-
narum in eo excrevisse, & animo deficiens, sibi ipse sic lo-
cutus est: Equando hæc omnia evellere, & expurgare po-
tero? & prociens se in terram dormivit. Hoc autem fecit
males diebus. Post hæc venit visum pater ejus quod fecerat,
invenitque ipsum nihil effecisse, & dixit ei: Quare usque mo-
do nihil fecisti? Respondit juvenis patri suo: Mox ut operi
appropinquavi, visa tribulorum, ac spinarum tanta copia,
deterrebat à susceptione laboris, & præ animi angustia pro-
stratus in terra dormiebam. Cui pater: Ad mensuram lati-
tudinis, fili, quam jacens in terra occupas, per singulos dies
operare, & ita paulatim proficiet opus tuum, nec tu pusillan-
imis efficiaris. Quod cum audisset juvenis, consilium pa-
tris secutus est, & parvo tempore purgata, & exulta pos-
sessio est. Tu vero ita Frater tempore operare, & non defi-
cies. Quo audit. Frater ille abiit, & cum omni patientia
sedens faciebat sicut edocetus fuerat à senè, & requiem in-
veniens promovetur pro Christum Dominum. *In vita Pa-
trum, l. de Patientia.*

Olim Ecclesia Cathedralis Gratianopolitana Canonicum
ha-

habuit, qui corde compunctus majorem Carthusiam est
ingressus. Hic post aliquantos menses, cum novus ille ser-
vor jam interceptus, cepit de vomitu cogitare. Semper
enim tepor non longo distat à vomitu. Huic tepori impor-
tuna se diaboli tentatio sociabat, & tam frequens, tam-
que continua, se ut novella plantatio, & parum adhuc gra-
tiarum fluentis irrigata, tempestates tam affiduas ferre non
posset. Non enim recurrebat ad orationis suffragia, nec piorum
patrum monita capiebat: Victor igitur diabolus miserum eo
perduxit, ut nocte jam instante clam turpe fugam medita-
retur. Sedente igitur illo super murum, qui cœnubium cin-
git, orto suo proximum, cum vellet se deorsum mittere, vi-
dit magistrum suum, qui illum in novitiatu jam pridem in-
struxerat, quique jam obierat mortem. Hunc vidit è cœlis
ad se venientem multa luce conspicuum, & magna circum-
datum gloria dicentem sibi: Quorsum, inquit, o fili, tu fu-
gere maturas in perditionis tuæ periculum? Mane, inquit,
mane, & in Ordine pertevera, & ego tibi promitto perpetu-
am felicitatem regnum, quod ipse percipies, si in ordine in-
finit usque laudabili conversatione duraveris. Ille terribis
primùm, deinde apprimè amatus, lese ad mentem rediit
saniorum, cellam suam introiit, habitum resumpsit, & vir-
tute, ac longanimitate proficiens felicissimè est sine consum-
matus. *Dion. Carthus. in exhortat. novitiorum.*

In hac ipsa domo Carthusia, quæ satis mater nostra,
(inquitur idem Dorlandus, & Dionysius Carthusiani)
fuit ante nos novitius quidam, qui suadente diabolo,
ac jam etiam possidente, nocturno silentio fugere ad
seculum molebatur, cūque per cœmeterium claustrum
transiit haberet, audivit de sepulchro cujusdam nuper
defuncti patris vocem manifestam dicentem sibi: Quo fu-
gis, o miser? quo fugis? Prædico tibi, si hinc abieris, si-
lius gehennæ, & perditionis alumnus eris. In hac voce cor-
reptus, ac stupescens dirigit, & ad se reversus cellam
repetiit, & in ea ulque in finem laudabiliter perseveravit.
Idem ibid.

Novitius quidam in Superiori Almania, cum Carthu-
siensem esset ordinem egressus, nec satis firmasset men-
tem in obsequium Dei, cepit de vomitu cogitare. Et
jam in liquidum resolutus, O, inquit, si nunc haberem
ad manus aureos decem, nequaquam hic ultra perdura-
rem, sed statim me seculo redderem, quod reliqui. Odi
enim hunc Ordinis rigorem, odi pisa, & fabas, durissi-
mam ordinis disciplinam. Sine pecunia tamen nunquam
tuta, nunquam honesta profectio est. Cūque undique per
cellam circumspiceret, vidit, mirabile dictu, illos ipsos au-
ros jacere sibi sub oculis, probatæ moneta, & publicæ.
Tunc ille stupidus nimium. Unde, inquit, hoc aurum? unde
hinc mittit tam subito provenient, hoc præferim in lo-
co, ubi nunquam pecunia confecta est inventi? Certè hoc
artificium, Zabule, tuum est: hi doli sunt tui, quò me ab
Ordine ecclias, faciasque extorrem. Nunc magis ipse mane-
bo, & ut tibi crepent oculi, me perseverantem videbis, &
quæ sancta sunt amulantem. Pecunia vero tua tecum abeat
in perditionem. *Ita ibidem.*

* APOSTATARUM A RELIGIONE
P O E N E.

In monasterio, quod Clivus Scauri dicitur, quodque beatus
Gregorius infra Romæ urbem moenia condidit, puer quidam
à parentibus, ut Deo deinceps militaret, oblatus est. Qui
postmodum dum jam adoleveret egressus de monasterio,
D ad saculum rediit, uxoremque sibi nuptialiter excedere copula-
vit. Deinde cum jam ad juvenilem venisset ætatem, divina
sententia repente percussus est in gutture, cepitque morti,
languoris gravitate mollescit, appropinquare. Tandem
male fugitivus, ut ad monasterium deportaretur, expetit, ubi-
que penitentiam de suis gravitatibus, habitumque monachicum
accipit. Cūque uxor ejus cum nonnullis aliis lecto
jacens insisteret, cepit ille graviter gemere, ululatus emitte-
re, & tanquam phœnecis patere, inordinata vociferatio-
ne garrere. Cūque in tribulationibus autem eis, cur non ille quiesce-
ret? Nonne, inquit, videtis beatum Andream Apostolum,
sanctumque Gregorium acerrimis me suis verberibus imma-
niter flagellantes? Ululans itaque rursus, ac flebilis voces
emittens, paululum respicitur, atque dicebat: Modo me ver-
beraverunt, propterea quia monasterium dimisi, uxoremque
duxi. Interim post stertus, & rugitus ad monumentum quies-
cens, aiebat: Modo me castigaverunt, quia pauperibus mendi-

cantibus, maxime Scotigenis, non modò nihil dedi, sed
eos etiam, quod flagitiosum est, irriti. Kurfus ingemi-
nans frigidores, & gemitus, aserebat, quoniam sex annos
à vidua quadam pauperula mutuo accepi, & reddere no-
lui, & quot pedum passibus illa laboravit, dum eos ad
me veniendo requireret, tot ego nunciatus à sanctorum ma-
nibus pertuli, dum me pariter verberarent. Ut sciatu au-
tem qua non mentior, perendie hora sexta de hoc seculo
migraturus sum. Erat porò tunc sexta feria. Nocte verò
qua Dominicus illucebat dies, qui dicitur: In ramis pal-
marum, de lecto cunctis mirantibus non segnus exiens,
scapulare, atque cilicium, quæ juxta se erant, repenè arri-
puit, moxque Ecclesiam beati Andree atronitus, ac festinus
intravit, ubi strato compositus, his qui aderant fratribus
ait: Ecce sanctorum verberibus flagellatus, ita de corpo-
re egredior purificatus, sicut de fonte baptismatis mundus
exivi. Inter Missarum igitur sacrosancta solemnia Dominica
vix passione perfecta, hora, qua prædixerat, Deo ipse red-
didit. Nudato autem ad lavandum ex more cadaveris, sic
vibices ac signata in ejus membris undique videbantur, ac
si corpus ejus materialibus fuisset allisum verberibus. *Petrus
Damianus.*

Quidam ordinis sancti Benedicti Monachus mobilitati
mentis deditus erat, & permanere in monasterio nolabat. F
Cūque cum vir Dei assidue corripere, & frequenter
admoneret, ipse verò nullo modo consentiret in con-
gregatione persistere, atque importunis precibus, ut relaxa-
retur, inueneret, quadam die idem venerabilis presbiter nimit-
tatis ejus rædio affectus, iratus justit, ut discederet. Qui
mox ut monasterium exiit, contra se assister aperto ore
draconem in itinere invenit. Cūque cum idem draco,
qui apparuerat, devorare vellet: cepit ipse tremere, &
palpitans magnis vocibus clamare dicens: Currite, currite,
quia draco iste me devorare vult. Currentes autem fra-
tres draconem minime viderunt: sed tremementem, atque
palpitantem monachum ad monasterium reduxerunt. Qui
statim promisit nunquam se esse à monasterio recessurum,
atque hora eadem in sua promissione permanit. Quippe
qui sancti viri orationibus contra assister draconem videret,
quæ prius non videndo sequebatur. *D. Greg. 1. 2.
Dialog. c. 25.*

Nocte quadam S. Robertus Abbas monasterii ordinis Ci-
sterciensis in Anglia, vidit malignum hostem ad choriatum
confiteri, & conari quidem sepius ingredi, sed frustra
tamen. Habebat formam rusticæ præcincti, longis, infus
nudis tibis ferentis à tergo sportulam, & ad pectus lignum fu-
nibus innexum: Cepit porò producto collo circumire cho-
rum, oculos in fratres attentè coniecit, & quid forsitan pos-
set sibi gratum in aliquo cernere. At vivo Dei instantibus
orante, & fratres à torpore excitante improbus explorator diu
frustra expectans, cum nil se proficere videret, indignabun-
dus ad chorum fratrum Converterum se contulit, ille quoque
cunctos curiosè contemplans: si quos videret somnolentos,
cachinnans sprexit: si noxiis cogitationibus occupatos, mi-
rum in modum tripudians applausit. Tandem inter novitios
reperit juvenem quandam animo ad illicita evagantem; ne
nisi solo corpore illic præsentem, immò etiam clandestinam
fugam meditantem. Animadvertens igitur illum fue-
re fortis esse, fuscina apprehensum in hinc illam conje-
cit, & celeriter inde se proripuit. Cernens id vir sanctus, mul-
tum pro illius salute anxius, & sollicitus, manè diligenter
excussu suavi jugo Christi, securus erat inimicum. Adven-
xit autem he hominibus sceleratis, dediturque latrocinis non
diu post captus est, & capite plexus miseram è vita excessit.
Servus in vita S. Roberti.

ALDEFONSUS IV. hujus nominis Rex in Hispania, anno
Dom. 926. regno se abdicans, vitam monasticam amplectus est,
Ramiro Regi Legionensi reliquens regnum; sed cum defec-
tor factæ militiæ lachus recuperationis relictæ regni operam da-
ret, ab eodem Ramiro captus, oculis orbatus est. *Baron. 10. 10.
anno 927. ex S. Ambrasi.*

Fuit in monte Sina Monachus quidam, qui celebre adè
edidit suæ continentia specimen, ut in cellula multos vixit
annos inclusus: postremò multiformis revelationibus dia-
boli, & insomniis illusus, ad Judæismum dilapsus est, & car-
nis circumfessionem. Cū igitur diabolus huic identidem ve-
ra quadam infornia demonstrasset, & veluti objecta illece-
bra inelasset illius obsecrantem mentem: novissime oculis il-
lius obicit copiosam turbam Apostolorum, & martyrum, alio-
rumque

rumque omnis generis Christianorum densissimis tenebris, & omni dedecore oppletam: parte opoſita Moysen, prophetas, populum quoque Judaeorum (Deo aliqui inſiſum) offerit ſplendida admodum luce conspicuos, inque gaudio, & hilaritate vitam traducentes. Hanc enim ſpectaſſet miſer, & veſtigium ſurrexit, dereliſtoque ſancto illo monte, in Paſſantinam uſque pervenit, rectaque contendit in Noara, & Libiadem, aſyla Judaeorum. Cum iſtis enarraſſet, quae ſibi viſa fuiſſent, diabolicas apparitiones, circumciſus eſt, ac profeſſus Judaicum accepit uxorem, inque omnium proſpectu adverſus Chriſtianos edidit dogmata, propugnator factus Judaica ſuperſtitionis. Hunc ego vidi, ac plerique monachorum: neque enim quatuor anni ſunt à morte illius, qua miſere peremptus eſt: catarathi enim proſtrivium aliquamdiu paſſus, & vermium atroſione contabefcens, expiravit. Hunc cum vididiſſem ego, & alii aliquot monachi, correpti timore ingenti cum luſtu lamentari ſumus. Erat id ſane miſerabile ſpectaculum, vir hic totus incanuerat in monaſtica exercitatione, conſueveratque laboribus attritus: & iſis tandem cum mulieribus jocabatur, immundarum carnis, nempe Judaicarum guſtu deſcedabat ſe, & inquinabat, verba loquebatur obſcena, & impudica, blaſphemabat Chriſtum, ſpiritum ſanctum non tolerandis aſſuebat contumeliis. Et hunc talem illi ſine lege Judaei ſecundum vocabant Abraham, *Antioch, monach, hom, 84. Baron. tom. 614.*

Veteribus omiſis ad recentiora veniamus. Petrus Paſadi, cum divina ſe vocationis indignum reddidiſſet, nec in Societatis corpore contineri poſſet, ad extremum domum ſuam, haud tamen à votis liber, immunisq; remiſſus eſt. Non tulit hominis audaciam caeleſtis ultio, in ipſo articulo temporis, quo ſe ad Eccleſia myſteria tradenda, proximique adminiſtranda convertit, dirum ei morbi genus, & medicis ignotum immittitur: tantis enim ubique doloribus torqueri ceptus eſt, talemque in tumorem corporis membra converti, ut nullam caperet quietis partem, neque diurnae, neque nocturnae, praeteritum nulla antegreſſa febrili, nulla cauſa; ut in ea investiganda, rependiſſe haeritaſſet, deduceretque omnis ars medicorum. Ejus pes lævum intumuit, ſerpebatque in eodem tumor cum amplificatione doloris, & deportatus ad agrorum hoſpitiū, chirurgis, medicisque committitur, quorum de ſententia erit, ut ipſi pes totus detruncaretur: Lata jam erat ſententia, & expedita jam Scalpella, quae chirurgus immitis in putrefcentem demerget pedem, cum denique mens obſtinata reſipuit, & ſui miſerum aeger aperuit oculos. Tum demum, ne totus, & animo, & corpore funditus interiret, Rectorem Collegii Conimbriceniſis acceſſit, agnovit erratum, & profeſſus, quam abjecerat obedientiam, ad omnia ſe paratum oſtendit. Mirum dictu, ſimul ac Rectoris amplexatus obſequium, tumorem animi poſuit aeger, tumor quoque corporis ſtetit, ſerpens putredo quievit, tametiſi antea medici confirmarant: nullam ad eum curandum morbum reperiri poſuiſſe medicinam niſi ſcalpello, perpetuamque ſectiōnem, ut appareret malum invecum à Deo, cujus comparatione ſapientia, ut in ſuo quiſque vicio plectatur, & noxae peccata reſpondeat. Secundus tamen pes putridus fuit, & quod erat marcidum excidendum. Quem ille tantum ſubiturus idcirco voluit noſtros, quos antea lugetat, intereſſe, & iſis inſpectantibus excitari: qui cum ſuper ferrum, manumque chirurgi ſanctiſſimum Jeſu nomen identidem inelamarent, tantum ille concepit animo robur, ut poſtmodum aſſirmaret, in D excipiendo vulnere vix ſe nullum ſenſiſſe dolorem. Is poſtea ſibi reſtitutus, ceteros inter homines manſit, ſegregatus à noſtris, merito quidem ſanus, nec Conimbriceniſi epiſcopo, à quo multum adhibebatur, inutilis: cæterum alterum altero pede mutilus, quo divini beneficii, quoties gradum faceret, veniret in mentem, & Societatis recordaretur amiſſa. *Anal. Societas. an. 1554.*

Quidam cum ordine Carthufianum eſſet ingreſſus, nec eſſet ſedulius cultus mentis ſuae, facile ſe praebuit diabolicæ voluntati. Enimvero ſoror illius veniens in viſere, cum copiam haberet ſermocinandi: multis ſermonibus implicuit miſerum fratrem, ut votis aſſentiret ſuis, & ſecum ad ſaeculum repederet. Ille ſtatim abjecto habitu (licet in contrarium ſancti patres hortarentur) retrorſum veſtigia intorquens, poſt diabolū ambulabat. Sed, heu, non impune. Fratre igitur, ac ſorore lato animo ad ſaeculum remeantibus, triftis eis ſubito ſupererit interitus. Cum enim nemus praeterirent, quod cenobio adjaacet, repente inſilium rapidiſſimæ ſeræ, nunquam illic prius

cognita: quae hos miſeros nimis mordaciter invadunt, ſtrangulant, occidunt: & dicto citius in ventrem deſcendunt, paucis reliquis permanentibus. Videntur haec paſtores, & agricolae, qui huic ſpectaculo non longè aberant: & ſtatim quae geſta fuerant, hanc emittunt monaſterio. Illi audientes fineſtam cladem, & nimis amarum iudicium Dei in communi omnes lacrymantur: & amaros gemitus eſſundunt ad caelos dicentes: Quam terribilia tunc opera tua, Domine! nimis profundæ factæ cogitationes tuae: viri incipienti non cognoviſſet, & ſtatim non intelliget, quam terribilis ſit in conſiliis ſuper filios hominum. *Chronica Carthufianor. l. 6.*

Memini legiſſe me de Novitio quodam recepto ad ordinem apud noſtros, qui quia muſicus peritiſſimus erat, & voce optima dotatus, ab omnibus fratribus amabatur: & quia id genus hominum vagum, atque inſtabile eſt, diabolo ſuadente ordinem dereliquit, poſt, nescio quo ſpiritu compunctus rediit, & ſe recipi petiit, & accepit: probatus igitur rurſum, & reſtitutus in cellam introſiſſit; at ille ſuam ſemper ſecutus inconfantiam, iterum vomuit, & habitum prociens, ſaeculum quod amabat, repetiit; tertio compunctus rurſum aliam aggreſſus eſt noſtri ordinis domum, ubi tunc mores ejus nesciebantur: & quia ordi noſter ſemper appetit ſonoras voces canentium: ſicut recipi ſe petiit, ita & impetravit: ſed oſperdam humanæ mentis inſaniam, nos ſemper vagi ſemper inſtabiles, ſemper nutabundi: niſi ille non ſtabiliſ, ille non roborat, qui ſiſtit maria, & fluctu Jordanis retro retorquet. Nam ſine Deo nihil validum, nihil ſtabile, nihil ſanctum. Omnis enim plantatio, quam non plantavi caeleſtis pater, eradicabitur. Ille igitur tertio probatus, tertio veſtitus, tertio reprobus, ac reprobus habetur: habitum itaque indigne prociens, mundi ſe iterum actionibus implicavit, ſed non impune: trina nempe apoſtaſia Dominus offenſus, quarto vindictam vibrare cenſuit, & miſerum terribili plaga in gutture percuffit. Hac peſte ille correptus cito de medio ſublatus eſt, & Chriſti tribunalibus reſervatus: eodem nempe quo exiit anno, & obiit, ipſo, eodem corporis membro plagatus (guttur videlicet) quo ſæpenter Deum ipſe offenderat, nam guttur ipſum, quod crebro aperuerat ad vanitatem, Deo puniente occluſum eſt per vindictam. *Idem.*

De penis Apoſtatarum à ſide Chriſtiana. Vi. de Locum de Apoſtaſia.

RELIGIOSI STATUS IN GENERE PRÆSTANTIA.

Notabile eſt omnino hoc in genere exemplum, quod Leoncius Cyprius Epilcopus antiquus auctor narrat in vita Simconis Abbatis. Hic enim Simcon, cum unà cum Joanne, euſdem uterque nobilitatis, atque ætatis, in ipſo adoleſcentie flore ad monaſterium veniſſent, ac die poſtero religioſo habitu induendi eſſent, quidam ex fratribus ita eis dixerunt: Beati eſtis quoniam cras regenerabimini, & mundi efficiemini, ſicut nati eſtis, ab omni peccato, perinde ac ſi ipſo die baptizati eſſetis. Quod illi audientes admirati ſunt ambo, & cucurrerunt ad divinum Nicomem Abbatem monaſterii, & ad ejus pedes proſtrati dicentes: Rogamus te, pater, ne nos baptizes: ſumus enim Chriſtiani, & nati ex parentibus Chriſtianiſ. Is autem cum nesciret quidnam aduſſent à patribus cenobii, dixit eis: Quis enim vult vos, o filii, baptizari: illi vero dixerunt, Domini noſtri Patres monaſterii dicunt nobis? Cras rebaptizamini. Tunc intellexit Praefectus, oes dixiſſe de ſancto habitu, & ait eis: Rectè dixerunt filii, cenem ſi Deo placuerit, volumus cras vos induere ſancto, & Angelico habitu. A cum cognoverat H pretioſam ſe acquiriſſe margaritam, peccata ſua nimirum ab igne fuiſſe exuſta, qui corda illorum accendebat. *Leontius Epil. Cypri. apud Metaphraſt.*

Divus Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus id ipſum Osberti monachi demonſtrat exemplo. Hic enim cum de hac vita migraviſſet, non multo poſt de nocte apparuit Anſelmo ipſi, narravitque, ſe ſe in illa ſuprema luſta à latana graviffimè oppugnatum, ſed à quodam, qui ſibi aſſabat, ad vocatorem ſtrenue deſenſum. Primo pro peccatis, quibus obligatus ante baptiſmum fuerat, in eum inſurrexiſſe hoſtem antiquum, Secundo pro peccatis, quae fecit poſt Sacramentum baptiſmatis, ante profeſſionem. Tertio pro illis, quae fecit poſt profeſſionem, ante obitum. Sed ter occidit: peccata enim, quibus attriſtus fuerat ante baptiſmum, ſide parentum in ipſo Sacramento deleta diabolus invenit. Illa etiam, quae in ſaeculo, vel in monaſterio ante profeſſionem monaſticam, æque abolita ſerpens ille antiquus reperit. Quae vero poſt profeſſionem

tionem fecit, vera confeſſione ante obitum monachus ille delicit. Quare cum nullus jam calumniae locus preſerpet, ille vicius, conſulſitque abſceſſit. *Lib. ſimilitud. c. 191. D. Antoninus 3. p. Summa tit. 16. c. 10. §. 7.*

Simile etiam quiddam de magno Antonio commemorat Athanaſius: quodam die circiter horam nonam raptum eum ab Angelis in ſublime, cui eum occurrant demones ſumma vi obſiſſerent, quaſſe Angelos, quid in eum juris haberent: tum illius Antonii errata ab initio vitæ enumerare exorſiſſe impoſitum eſſe à bonis Angelis ſilentium: cum dicerent, non eſſe eorum renovandam inſonitum, quae in ſaeculo commiſiſſet, antequam monachus fieret. Quod ſi ab eo tempore aliquid haberent, id eis licere proferre. Hæc vero cum nulla invenire poſſent, ceſſiſſe demum invitos, liberumque iter ad caelos præbuiſſe. *S. Athanaſ. In vita. Plautus l. 2. c. 13.*

Aegydius, unus ex primis Franciſcani Ordinis lapidibus, tantæ ſanctitatis fuit, ut audito Dei, ſvel paradisi nomine, ſtatim raperetur in extaſim. Hic ſerunt aliquando petenti eundem conſilium, tum ſibi in religione ingrediendum eſſet, ita reſpondiſſe: Dum, inquit, mihi, mendicis ſi certo ſerret aliquo loco magnam latere theſaurum, an ille conſultaret, expediret ne cum eſſidore? Cum ſi negaſſet. Quanto igitur, ait, alacris, & promptis debent homines ad inſinitum illum Dei theſaurum accurrere: in quo ſolo ſunt veræ, & æterna divitiæ? Quod ille audiens, abiit illico, fuiſſeque omnibus dividendis, & in egenos diſtribuitis, religioſam vitam imiit. Quae idem etiam vir ſanctus alias interrogatus, an etiam in ſaeculo Dei gratiam quaſſet aliquid poſſet, reſpondit: Poſſe utique, fed tamen male ſe unam gratiae gradum in religione, quam decem in ſaeculo: quoniam gratia in religione facile conſervecur, & creſcat, cum hic nimirum homo remotus deſgat à tumultu, & perturbatione mundi, qui hoſtis capitalis eſt gratia: tum deinde à ſpiritalibus fratribus incietur, & amietur ad virtutum: contra in mundo gratia facile amittatur: quoniam ſollicitudo ſecularis, quae mater eſt diſtractionis, perturbat, & plane perdit gratia ſuavitatem? & homines ipſi pravis exemplis tum abducunt à bono, tum inducunt ad malum, & quaſi vi ſalutem animæ eripiunt, camque in ſempiternum exitum precipitant. Quamobrem praſtare ſine dubio, etiam multo minore gratiam ita poſſidere, ut ſecura ſit, & cum tot, tantique praſidiis, quae eam augent, quod ſit in religione, quam vel multo majorem cum tam evidentis periculo, ut eſt in ſaeculo. *Ibid. c. 40.*

Hiſ ſinem adiecit Arnulphus ille Ciſterciens, cujus mirabilem vocationem in ejus Ordinis hiſtoriis legitimus. Hic enim cum in ſaeculo, utpote nobiliſſimus, & diſtillimus, inter omnes dgelicias vitam egiſſet, deinde Bernardi concionibus impulſus monaſticam diſciplinam in Clara valentiſ cenobio profeſſus eſt: in quo tam paupere, & rigido inſtituto, cum inſuper aliquando viſcerum doloribus graviffimè cruciatus, diu exanimis, mutique jacuiſſet, ut ad ſe rediit, in eam vocem erupit: Vera ſunt omnia, quae dixiſti, Domine Jeſu. Quod cum ſapienter iteraret, omnes qui aderant, ſtupentes, percontabantur, quemodo haberet. Ille autem nihil aliud reſpondebat, quam illud idem: Vera ſunt omnia, quae loquutus eſt Deus. Quare ſuſpiciantibus quibusdam, & ita dicentibus, eum mentis errore eſe doloribus aſſicti, & aliena loqui, Ego vero, ait ipſe, integra mente haec protuli, quoniam Dominus in Evangelio teſtatur eſt: Si quis propter iſta amorem, mundi divitiis, & propinquoſum conſuetudiniſ renunciaverit, fore ut D centuplum accipiat in hac vita, id quod nunc re ipſa experior: Etenim hæc ipſa in ingentis cruciatus acerbitas adeo mihi dulcis eſt, propter ſpem divinae miſerationis, quam in ea re poſitam ſentio, ut hæc moleſtia caruiſſe me nolim, non modo pro illis, quas reliqui, opibus, ſed etiam centum partibus ampliores fuiſſent. Quod ſi mihi homini nequam, & peccatori, etiam mei dolores centies duciores ſunt, quam mea priſtina felicitas ſecularis, quid faciente probi, & ſerventis religioſi in ſuis ſolatiis, & gaudiis ſpiritalibus: plane enim ita res habet, ut ſpirituale gaudium quodcumque ſit, etiam in ſpe, centies millies exuperet omne ſeculare gaudium etiam in re. Quae cum loqueretur, admiratos ſerunt univerſos, qui audierant, maxime quod homo literarum rudis tam beneficia, & intelligere, & eloqui poſuiſſet, coque certis omnibus cognoviſſe, non aliunde illa provenire, quam à ſancto Spiritu, qui in ejus peſtore reſidebat. *Item l. 3. de bono ſtatu Relig. c. 13.*

S. Laurentius Patriarcha Venetus, de Religioſorum inſtitutis, & felicitate verba faciens, tandem in hunc erupit ſermonem fertur. Conſultò Deus gratiam Religionis hominibus occultavit: nam ſi cognoviſſet illius felicitas, omnes E ad eam concurrerent. *S. Laurentius 10. 1. in vita.*

Supranominatus Aegydius comes S. Franciſci, rogatus aliquando quidnam de Religioſis familiſ ſentiret? reſpondit: Curiam eas eſſe magni Regis, in quam ingredi cuiusvis datum, & nullius reputatur artis: at non ita bene & competentem in ea converſari. *Ex ſententiis auctoris S. Aegydi, Laur. Beyerlinck in Apoph. Chriſtian. tit. Monachus.*

Franciſci Borgiae Societatis Jeſu Religioſi de eodem ſtatu hæc menſerat, ut vitam Religioſam crucem diceret perpetuam, & martyrium. Cauſam hanc eſſe dicam, quod Religioſus ſeipſum vincere debeat, & perpetuo ac voto obtemperare. *Lib. 4. vitæ ejus c. 8.*

RELIGIOSUS QUALIS ESSE DEBEAT.

Pambo Abbas hoc modo juniores Monachos adhortabatur. Talis eſſe debet Religioſus, quale corpus mortuum, quod neque voluntatem habet, neque ſenſum: aut qualis baculus in manu ſenis, qui eo ad arbitrium utitur. *In vitis SS. Patrum de obedientia.*

Laurentius Patriarcha Venetus adoleſcentem nobilem e monaſterio domum remiſit, hoc ſolum, quod fratrum conſilio, & perſuaſione vitam monaſticam fuiſſet amplexus. Cauſamque ſciſcitanti reſpondebat: Religioſis propoſitum, & perfeverantia à Spiritu S. eſſe debet, non ab humana ſuadela. *Ex S. Laurentio Laur. Beyerlinck, in Apoph. Chriſtian. tit. Monachus.*

PARTICULARIA MONASTICÆ INSTITUTA. *Sanctæque conſuetudines. Puta quoad Regulas, Clauſuram, Ceſtitationem, Silentium, Mortificationes, Viduam, Veſtitum, Studia, aliæque hiſ eſſentia.*

Ac primum MONASTICARUM REGULARUM INSTITUTIO, & obſervantia.

Præpoſitorum vivæ voci proxima, & ſimilima omnino ſcripta vox regularum, quæ ſunt quaſi oſta, & nervi religionis, ſine quibus non poteſt bene conſiſtere. Ideo ad faciorem conſiliorum perfectionem canones divinitus conſeſſi leguntur. Cum Pachomius vir pius in ſolitudine verſaretur, cellam aliquando egreſſus eſt, & ad vicum fatiſremotum, qui dicitur Tabennile, pervenit. Cùmque pro more diu in oratione ibi perfeveraveſſet, audivit vocem ſibi dicentem, mane hic, Pachomi, & fac monaſterium: ad te enim venient multi, volentes ſalvi fieri, quos deduces convenienter formæ, quæ tibi à me data fuerit. Protinus ergo apparuit ei Angelus, & dat ei tabulam, in qua ſcripta erat tota vitæ conſtitutio eorum, quæ erant adimplenda venturi. Ex quo in hodiernum uſque diem vitam inſtituit Tabennile, eundem habitum geſtantes, & eandem habentes converſationem. Neque enim mores habent mutatos veſtimentorum, neque mutatas regulas. *Sim. Metaphraſt. in vita Pachom. c. 11. apud Sur.*

Recentius eſt, quod de Franciſco referunt Minoritarum Annales, quem ad ſuam regulam conſiderant tali viſione Deus animavit. Videbantur ei tum ipſe, tum focii ejus ſane admodum aſſicti, nec aliquid habere, quo ſe, & alios reficeret, præter multas panis micas, quæ quoniam admodum minute eſſent, vereretur, ne inter partendum ex digitis elaberentur; quare cum de hoc ſollicitus eſſet, vocem audivit, quæ monebatur, ut ex micis illis colleſſiſt hoſtiam unam conficeret, quam cum deinde ſuis porrigeret, advertit, quæ eam reicerent, aut contemnerent, eos ſtatim turpiſſima lepra operiri. Quæ viſio nocte poſtea ita ei expoſita eſt, ut micæ illæ eſſent conſilia Evangelica, hoſtia vero ipſa regula, lepra denique malitia. Quin etiam num deinde ad hanc regulam conſcribendam in montem quandam per quadraginta dies, tantum alter Moyses ſeceliſſet, & ad eum aliquot ex ejus familia adeuntes, de nimia, quam timebat, ſeveritate conqueſti eſſent, ecce vox de caelo ruit, eademque tertio repetita eſt à Franciſco, nihil tuum in hac regula: tota mea eſt, eamque totam ſervari volo ad litteram: Ego novi, quid hominis vires ſerant, quidve ego ei auxilii, atque opis collaturus ſim. Denique jam conſecta regula, & ad Pontificem Honorium delata, cum multa quaſſio injeſta eſſet illi pauperatiſ generi ita rigido, & ita novo, B. Franciſcus iterum graviffimè, generiſ ſimèque confirmavit, ne verbum quidem unum de ſuo ibi poſitum, ſed omnia, ut erant, à Chriſto Domino inventa, & dictata. *D. Bonav. in vita S. Franciſci.*

Divus Benediſtus Monachorum regulam diſtinctione præcipuam, ſermone luculentam ſcripſit. Cujus ſi quis velit

velle subtilis mores, vitamque cognoscere potest in eadem. A institutione regula omnes magister illius actus invenire. Quia sanctus vir nullo modo potuit aliter docere quam vixit. Quo die migravit ex hac vita ad feliciter, duobus fratribus, uni in cella commoranti, alteri autem longius posito, revelatio unius, atque indistinctis visionis apparuit. Videtur namque quia strata palliis, atque innumeris cornicibus lampadibus vis recto orientis tramite ab ejus cella in coelum usque tendebatur. Cum veniendo habitu vir defuper clarus allitens, cuius esset via, quam cererent, inquisivit. Illi autem se nescire professi sunt. Quibus ipse ait: Hac est via, qua dilectus Dominus coelum venerat transire. Tunc itaque sancti viri obitum sicut praesens discipuli viderunt: ita absentes hoc signo, quod eis praedictum fuerat, cognoverunt. Hanc autem viam Bernardus nihil aliud esse ait, quam viam formulam ab eo institutam, quam ut ille servans ascendisset in caelum, sic omnes, qui eum sequerentur. Neque enim, inquit, venire in dubium aliquatenus potest, quin omnino facer sit modus conversationis, & divina magis inspiratio, atque consilio, quam humana prudentia, vel adinventio formatus, quo nimirum tantam in via gratiam sanctitatis, tantam post obitum gloriam felicitatis idem Benedictus obtinuit. Quod ergo Bernardus de illa, hoc religiosus quisque de sua item regula credere, ac profiteri debet, qua ingrediens, & sine errore, ut in tanto lumine, & cum magna etiam, ac perpetua voluptate, ad inmarcescibilem patriae voluptatem pervenit. *D. Greg. l. 2. Dial. c. 36. 37.*

Scio unum (inquit contemporaneus. *S. Norberti*) ex professionis nostrae fratibus, cui de regula nostra indaganti studiosius, non autem suis meritis, sed fratrum orationibus, beatus usus est Augustinus, qui & auream regulam e latere dextro prolatarem illi porrexit, seque loculento sermone ei intima vit, dicens: Quem vides, Augustinus ego sum illi pponensis Episcopus. Ecce habes regulam, quam ego conscripsi, sub qua si bene militaverint confratres tui, filii mei, affabunt securi in extremi terrore iudicii. Et quidem ista humiliter tanquam de alio profectus est; nos tamen ipsum fuisse, cui hoc revelatum est, indubitanter advertimus. *Sar. 6. die Junii.*

Cum Agrestis vir improbus, schismaticus, conaretur in patria Luxoniensi, in contemptum regulae B. Columbani, propria vesania propagare, & ad Burgundoforam virginem Deo sacram, puellarum magistrum venisset, ut eam quoque suis simulationibus, si possit, macularet, illas Christi virgo non fecimmo more, sed virili plane responsione confudit. Num tu, inquit, confutator veritatis, & novorum introductor argumentorum, ea causa hoc venisti, ut veneno tuo dulcissima melle miferes, & vitalia alimenta lethali amaritudine commutares? Illis tu detrahis, quorum ego virtutes experta cognovi, quorum doctrinam salubrem recepi, ex quorum eruditione multos caelestia regna penetrasse comperi? Meminisse velim illius laetae: Vae, qui dicitis malum bonum, & bonum malum, Accelera, & prorsus ab hac vesania recede. Confutator enim his famula Christi respondit ad suos rediit. Sed mox affuit ultio divina. Cum enim ad hoc jam omnes aspirarent, ut contemptui primum documentorum subscriberent, primum lupi rabie exagitati, duos ex hujus assertionis fautoribus, per intermissam noctem intra septa irrumpentes, mortibus amarunt, atque ipsos quoque rabie comprehensos miseris morti tradiderunt. Alium quandam Pleurem, qui ad hunc discorsitum temeriter aspirabat, daemoniacus furor pervasit, atque ignobiliter neci dedit: nam propria manu ipse se laqueo suspendit. Sed cum hac ultio necdum corrigeret delinquentes, protinus major secuta est. Nam subito fulgur lapsus e caelo magno fragore percussit locum, Ecclesiam pervagatur, tugentia subvertit, plebem urit, & exanimat, ut praesens correctio monstraret ignavia persuasionis non esse assensum. *In vita S. Estacii Abbatis apud Surium c. 6.*

CLAUSURA MONASTICA.

In Thebaide monasterium est, in quod ingressis nunquam licet egredi, quandoquidem nulla re ibi extranea est opus: quasi mundus totus sit in eo. Nam amplissimi spaciis est circumseptum, muro circumdatum, in eo habitantibus larga praebentur habitacula, intrinsecus putei plures, horti irrigui, in eisque pomorum, arborumque quasi paradisi adfunt, quaeque necessariae humanae usus sat superque. Ingressus nulla superest necessitas aliunde aliquid quaerere: hospitalitas servatur in ipsis januis extructis edibus; sed hos-

pius nulla datur ingrediendi facultas. Lege enim statutum est, ne semel ingressi egredi possint, eaque lex tenacissime ferretur sponte, non ulla necessitate. *Saroultius in Catechismo bist. tom. 4.*

Quid haec de re apud Marcinaecenes sanctiss. moniales acciderent admiratione dignum hic describendum. Moniales Marcinaecenes claustrum salutari conclusae, & (ut sic dicam) vitali obstruit sepultura, pro praesenti coarctatione sempiternam latitudinem, pro sepulchro beatam resurrectionem expectant. Unde potius mori quam egredi, ante occumbere quam limen designati ostii transgredi elegerunt. Quod tunc apparuit, quando in circumpositis villae domibus casu, quodam tempore, ignis exaruit. Ferebantur in sublimi globi flammarum, & exultis circumquaque omnibus domibus sanctarum illarum habitaculis appropinquabant. Tollitur in altum clamor populorum, ne sacra domus comburerentur, magis quam de propriis damnis solliciti. Fuit concursus omnium ad muri eas ambientes propugnacula, & super domorum tecta ascendentes totis viribus obviam ire ignibus parant. Arentem materiam quam super veniunt, longe proiciunt, convectam certatim aquam flammis iniiciunt: nihil quod ad igneam vim repellendam possit valere, intentatum dimittunt. Sed nequiquam: Aer enim vento commotus multiplicatas vires ignibus dabit, & fumum flammae vaporem admixtum vultibus, atque oculis defensionem inferens, ne defenderent, prohibebat. Cumque aliquamdiu restitissent, vix tandem violente elementorum conflictu: tecta relinquunt, & se passim ad terram praecipitantes, non iam domos, sed propria corpora salvare contendunt. At ignis obstaculo remoto liberè omnia pervagatur, & partem adiacentem sibi propinquiorum invadens, horrore strepitu maximis lignorum moles consumit. Tum vero luctuosa univerforum vox confuso clamore omnia reperit, & totius ignari consilii nihil nisi extremum ancillarum Dei exitum praestolantur. Erat tunc forte in loco, Lugdunensis Ecclesiae Archiepiscopus venerabilis Hugo, multa morum probitate, & religiosa conversatione, a domino Papa Urbano cum claustrum ferme Galliarum confitutus Legatus, ad quem velut ad patrem omnes confugiunt, & (ut in perturbatis rebus fieri solet) anxie ab eo consilium exposcunt. Praecantur praecipue ut inclusis sanctis mulieribus exitum persuadeat, neque tantum ovium Christi gregem ignibus pastor perire permittat. Motus Archiepiscopus cunctis claustrum ingreditur, omneque quae celeritate congregans, flamma industria, G periculo cedant, hortatur. Cumque illi omnino renuerent; & prius se mori quam propositum infringere constanter affirmarent, ait Episcopus: Auctoritate beati Petri, & Domini Papae, cuius vice fungor, atque ex Abbatis vestri obedientia vobis praecipio: ut ad praesens hinc exeat, neque vos cum habitaculis vestris hic incendio concremari sinatis. Ad hac quaedam maxime nobilitatis, & conversationis Guisana nomine, quam & ipse multoies vidi, spiritu, & fide succensa, respondit, Nos pater, tunc Dei, & praecipuum habebat nostri, ut ignem aeternum evadere possimus, infra hos, quos cernis, limites utique ad mortem permanentes inclusit. Unde nullo pacto fieri potest, ut aliqua necessitate praesens nobis poenitentiae terminos saltem pedis passu transgrediamur, nisi ab illo, qui in nomine Domini in hoc nos inclusit loco, solvamur. Noli ergo, Domine, si places, hoc injungere, quod nobis agere non licet: sed sicut nos ignem praecipis fugere, ita magis igni, ut a nobis fugiat, virtute Christi Domini nostri armatus injunge. Ad quam mulieris fidem stupefactus Archiepiscopus, ac subito & ipse fide repletus, foras exiit, & coram cunctis, qui aderant, flammam intuens, ac lacrymis ora perfusus ait: In nomine Domini, & per meritum fidei hujus, quae nunc locuta est, mulieris, recede ignis petitor ab ancillarum Dei habitaculis, nec damna aliqua ultra inferre praesumas. His a Pontifice verbis prolatis (sicut mihi testificati sunt, qui viderunt) repente immensas flammarum invisibiles virtute repressae, velut ferreo muro obitante, ultra procedere non potuit; & absque ullo humano subsidio, absque aliqua pluvia gutta incredibili celeritate semetipsam extinxit. Sic magnifico, atque inspirato miraculo sanctum propositum mulierum sibi bene acceptum esse, divina pietas comprobavit, & verè fidei merito omnia possibilis credenti (sicut in Evangelio promiserat) demonstavit. *Pet. Venerabilis l. 1. mirac. c. 21.*

Sigebertus Geblacensis simile quid contigisse scribit cuidam monacho in Germania, ann. Dom. 1058. Paderbrunn, inquit, Germaniae civitas combusta est cum majori Ecclesia. In monasterio autem monachorum Scotus quidam monachus, Paternus nomine, multo tempore reclusus, qui etiam hoc incendium saepe praedixerat, propter propositum reclusionis exire nolens, se comburi passus est. Ita Sigebertus ad annum 1058. Aphraates monachus monasticam in solitudine vitam relinquit, ut Christi gregi opularetur, egressus legitur. Orontes, inquit Niciphorus, fluvius ab Aquilonari parte imperium Antiochiae domum praerelabitur. Porticus autem quaedam maxima duorum culminum, in parte meridionali ad urbem mensia, praeritibus utraque ex parte conspicua, est extructa: Inter Terrabes ades, & amnem via est, quae per portam, quae illi est, euntes excipiunt, in vicinis suburbanos agros deducit. Hanc viam aliquando divus insitebat Aphraates, ad fidei gymnasium iturus, & ovibus Christi congregans pabulum allaturus. Eum e superiore loco porticus prospectans Imperator vidit. Sisya enim vir vestis ex ovium villosis pellibus confuta amictus, & senio multo confectus, celeritatem tamen curtebat. Et quidem Imperatori hunc esse Aphraatem illum, ex quo totius urbis multitudine penderet, dixit: Et ille e porticu virum sanctum interrogans: Quoniam, inquit, vadis? Atque Aphraates, Pro imperio tuo praecursum, respondeit: atque Imperator intulit, Domi te qui leges monachorum sequeris, manere, ibique quere confidentem hoc facere oportuit. Tum divinus senex perquam sapienter ait: Recte tu quidem, o Imperator, dicis me id facere debere: si tunc quidem id adeo constanter fueram, si pax Christi ovibus esset. Sed cum multum cupisdam insaniam caligo loca omnia occupavit, & maxime insuper subsancti timor, ne plurimo imminente periculo, a feris oves dilanarentur: necessitas mihi quoque incumbit, ut vigilem, omnemque finem moveam, ne quod grex Christi capiat detrimentum. Age enim, o Imperator, si puella epi domi in conclavi abdita, fusos manibus tractans, & lanificium mero curans: atque alicunde subito conspicerem flammam exortam, & omni ex parte pariter domum circumfusam, fœdo incendio cam jamjam consumpturam, quid me facere oportere? die, te per Deum oro. Utrimque me sic fideri, & pœnates patrios confagrantes despicere, ignemque prosperentem expectare: an conclavi statim relicto, sursum, & deorsum currere, aquam in manibus habere, & modis omnibus flammam extinguere conari oportere? satis sane fido, dicturum te faciendum mihi esse, quod & sagacis, saneque mentis puella faceret. Id ipsum verò nunc quoque fieri debere existimo. Cum te enim quasi fulmen quoddam in paternam domum nostram incidideris, & veriorum pietatem omnem igne vales; & undequaque circumcursum flammam gliscentem extinguere fatigantes. Hac quidem illi dixit, Imperator autem ad minas usque progressus silere eum coegit. *Niciphorus lib. 11. cap. 15. bist. Eccles.*

Est in hoc genere quoque illustre exemplum S. Francisci Assisiani: Cum enim aliquando haec eum anceps cogitatio dicitur torqueret, utrum se penitus solitudinis, & contemplationi traderet, an etiam proximorum salutem, quod pro utraque parte rationes occurrerent, neque, ut solebat, super hac re ulam a Deo revelationem accepisset, hoc inquit consilium. Misit ad S. Claram, & ad sacras forores monte solitarii degebat, ut Dominum placatum precibus inquirerent, sibi que indicarent. Redeuntem porro ab utriusque nuncium, quasi a Deo venientem, Deique mandata sibi deferentem, ita excepit: primum enim manibus suis pedes ei lavit; & deinde cenam ipsedmet instruxit, postmodum etiam ex domo in proximum montem exiit; quo cum venisset aperto capite, genibus flexis, manibus etiam crucis ritu cancellatis. Quid, inquit, facere me jubet Dominus meus Iesus Christus? Cum exposuisset responsum, ut proximo quoque operam navaret, ita illud accepit, ita etiam exequutus est, ut illico nulla injecta mora, ex eodem ubi constitit loco, ac ne domum quidem revisens, tam rapidè profectus sit, ut nec ipsam viam quaereret, vadens per medios campos, densaque sylvas, qua nullum iter patebat. *D. Bonav. in vita cap. 12.*

* VIRGINITAS MONASTICA. ILLIUS OBSERVANTIA.

Vigor, &c.

Nonnulla desumi possent ex Loco de Casitate.

Anno gratiae octingentesimo septuagesimo applicuerunt in Scotia Danorum innumera multitudo quorum Duces fuerunt Hinguar, & Stubba, dire perveritas homines, & fortitudinis inaudita. Qui totius fines Angliae in exterminium ad-

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

ducere conantes, pueros, & senes quoscumque sibi obvios jugulabant, matronas, sanctimoniales, seu virgines ludibrio tradendas mandabant. Cilmque per omnes regionum fines tanta tyrannorum immanitas disseminata fuisset, Ebba sancta Collinghammensis cenobii Abbatisa, metuens ne & ipsa, cui sollicitudo regiminis, & cura pastoralis commissa fuerat, cum sibi subjectis virginibus ludibrio tradere-tur paganorum, ut pudicitiam amitteret, & virginitatem convocatis fororibus ad Capitulum universis, in hanc vocem prorupit, dicens: Advenerunt nuper ad partes nostras pagani nequissimi, & totius humanitatis ignari, qui loca regionis hujus singula perlustrantes, nec sexui muliebri, nec parvulorum parentes aetati, Ecclesias, & personas Ecclesiasticas destruant, foeminas sanctimoniales prostituant: & obvia quaeque sibi conterendo consumunt. Itaque si consilium meis acquirere decreveritis, spem certam de clementia divina concipio, quod & Barbarorum rabiem effugeret valebimus, & perpetuae virginitatis pudicitiam custodire. Cui cum universa virginum congregatio certis promissionibus spondidisset, sese maternis in omnibus velle obtemperare praecipit: illa admiranda animofinitas Abbatisa palam cunctis fororibus exemplum castitatis praebens, non solum sanctimoniales illis proficuum, verum etiam omnibus, & successuris virginibus aeternaliter amplectendum: arrepta novacula nasum proprium cum labro superiori ad dentes usque praedicens, horrendum de se spectaculum astantibus sublequit universis. Quod factum memorabile cum congregatio tota videns admiraretur: simili de se opere a singulis perpetrato, materna sunt vestigia consecuta. Et his ita gestis cum mane crastinum illuxisset, pervenerunt tyranni nequissimi, ut foeminas sanctas Deo devotas ludibrio traderent, simul & ipsum monasterium spoliatum ignibus concremarent. Sed conspicientes Abbatisam illam, & forores singulas tam enormiter mutilatas, cum festinatione receverunt de loco illo, cum longam nimis sibi videretur, vel ibidem etiam per breve temporis spatium demorari. Sed inde recedentes praecipuum satellitibus suis nefandis, ut injecto igne, monasterium cum omnibus officinis, & ipsis sanctimonialibus concremarent. Sicque executione completa a ministris iniquitatis, sancta Abbatisa, & omnes cum illa virgines sanctissimae ad martyrii gloriam pervenerunt. *Ex Ann. Mattb. Vestimonia. Baron. l. 10. Ann. 870. 39. 40.*

Simile habet D. Antonin. 3. p. Chron. tit. 24. cap. 9. §. 11. de Clarissis, quod contigit an. Dom. 129.

VIRGINITATIS VIGOR.

S. COLETA virgo religiosa, ubi clausit extremam vitam diem, colore, qui fuit in ea decedente, perduravit horis duodecim, inde subito corpus ejus mutatum est in pulchritudinem admirandam: erat enim instar nivis candidissimum, venis colore caeruleo elegantissimo passim apparentibus: membra omnino formosissima viscebantur, & quae possent facile intellecti, odorem mirificum ex se diffundentia, ita ut in eis immortale status, & omnimoda puritas reluceret. Iis adeo permoti fuerunt plurimi, ut supra triginta hominum millia ad eam vindendam confluerint. *Steph. Juliac. ejus contemporan. in vita ejus apud Sur. Mart. 6. cap. 75.*

CLARITUDO.

Venerabilis, & Deo dilecta Catharina virgo, & vidua S. Birgittae filia cum astantibus fororibus feliciter in Domino obdormivisset, tum quidem religiosi viderunt supra domum, in qua corpus ejus exanimè jacebat, per dies, & noctes stellam H consistere, donec tradita esset sepultura. Corpore autem ad monumentum allato, stella pariter sua vita est loco moveri, tanquam obsequium funeri praestitura. Inter Missarum autem solemnia, corpore in templo reposito, stella mansit pendula supra feretrum: denique corpore humato, stella evanuit. Quid vero sibi vult stella illa de caelo in terram descendens, & funeri virginis astantis: nisi virginum hanc demonstrare, quae pure milar stella vixit, caelestis vite gloria inter virgines jam potiri? *In vita ejus cap. 18. apud Sur. 22. Martii.*

VALOR APUD DEUM.

Hoc ostendere voluit omnipotens, & misericors Deus erga Sanctimonialiam quandam inter Barbaros captivam. Nam Sittenfensis ante paucos annos Severi Episcopi nepitis Sanctimonialis a Barbarie ducta, & per mirabilem Dei misericordiam cum honore magno suis parentibus restituta est, Domus enim illa Barbarorum, ubi captiva ingressa est, subito cepit demoniorum infirmate jactari, ita ut omnes ipsi Barbari, tres, ni fallor, vel amplius fratres periculossimè laborarent

Vuu rarent

darent infirmitate. Quorum mater animadvertit puellam Deo deditam, & credit, quod ejus orationibus sui filii possent ab imminenti jam mortis periculo liberari, petivit, ut oraret pro eis, pollicens, si salvi essent, eam suis parentibus redderent. Jejunavit illa, & oravit, & exaudita continuo est, ad hoc enim factum erat, quantum exitus docuit. Ita illi tam repentino Dei beneficio salute percepta, mirantes eam, & honorantes, quod eorum mater promiserat, impleverunt. Ex August. epist. 122.

* MULIERUM, ET VIROURUM FUGA RELIGIOSA.

Nempe quod

* MULIERES AD CLAUSTRUM MONACHORUM nequaquam admittendæ, & contra.

Quædam hujus argumenti pete ex Loco de MULIERE, CASITATE. Tit. Castitatis conservatio. Ubi de Fuga Impudicæ Conversationis.

Cum ad Abbatem Joannem venisset quidam Tribunus, & supplex peteret, ut permitteret uxorem suam ad eum venire, quæ multa pasta fuerat, & volebat videre: ventura Syenem, ut pro ipsa prius oraret, & eam data benedictione dimitteret. Is autem qui jam quadraginta annis non viderat mulierem in spelunca, cum esset nonagenarius, & nec ipse unquam esset egressus, cum sibi permitteret videre mulierem, recusabat videre ejus uxorem. Sed nec vir ullus ad eum unquam est ingressus. Solum enim benedicebat per fenestram, & salutabat eos, qui accedebat, eum unoquoque differens de eo, quod volebat. Cum ergo instaret Tribunus, rogans an juberet suam venire conjugem, (degebat enim in solitudine quinto ab urbe lapide) is autem non annuisset, dicens id non posse fieri, tristitiam dimisit hominem: uxor autem non cessabat die, & nocte marito exhibere molestiam, & injurando asserere se nusquam abituram, nisi videret Prophetam. Postquam autem beato Joanni a marito renunciatum est iurandum uxoris, ejus fide intellecta, dicit ad ipsum: Hac nocte ab ea videbor in somnis, nec amplius pergat in carne videre meam faciem. Uxor autem renunciavit marito ea, quæ Pater dixerat: videt autem mulier in somnis Prophetam ad se venientem. Cui dixit: Quid tibi mecum rei est, mulier? Quid meam cupisti videre faciem? num tu ego Propheta, aut justus locum obtineo? Homo sum peccator, & sumiter atque vos patibilis: Uxor tamen pro te, & domo mariti tui, ut fiat vobis secundum fidem vestram. Itæ ergo in pace. Et cum hæc dixisset, recessit. Cum autem excitata fuisset mulier, renunciavit marito verba Prophetæ, & narravit figuram, & habitum: & per maritum ei misit agendas gratias. Cum eum autem vidisset beatus Joannes, occupatus ei dixit: Ecce implevi, quod postulaveras. Eam enim videns, monuit, ne me videret amplius. Sed ite in pace. Palad. in hist. Lanfaca cap. 43.

Sanctus Serenus monachus, qui sub Maximiano Imperatore martyrio affectus est, cum aliquando uxorem unius ex domesticis Imperatoris, qui sibi familiaris erat, in hortu hora incongrua deambulante deprehendisset, eam acriter increpans, quod sola monachi pomarium ingressa esset, cum indignatione ejecit. Ea vero de Sereno apud maritum conquesta est, quod ita turpiter ejecta esset: maritus conjugis querimoniam motus, & ira accessus, quem dudum ut amicum celaverat, illum apud Imperatorem, ut Christianum deseret. Sicque Serenus, jubente Imperatore, deprehensus, & se Christianum confessus, capite cæsus est. Per. de Natal. in Catal. SS. lib. 3. cap. 147.

D. Martinus Episcopus Turonensis, cum aliquando transiret, juxta agellum cuiusdam Virginis, in quo jam complures annos pudica, & ab omnium virorum oculis remota degebat, audita illius fide, & virtute, divertit, ut tam illustri meriti puellam religioso officio honoraret: verum illa fortissimi vincula propoliti, nec Martini quidem contemplatione laxavit. Ita vir beatus, accepta per aliam feminam excusatione laudabili, ab illius foribus, quæ se videndam, salutandamque non dederat, lætus abscessit. O virginem gloriosam, quæ ne a tanto quidem viro pasta esse videri! Episcopus autem reputans illam non ad contumeliam suam duxit, sed magnificans illius cum exultatione virtutem, inusitatum in his duntaxat

regionibus laudabat exemplum. Sulpit. in vita cap. 13. Bonfr. lib. 5. Decad. 1.

Violantes Aragonia regina, Joannis regis uxor, quadam feminea cupiditate permota affectabatur ingredi viri Dei cellulam, ut videlicet videre posset, qualis esset locus, in quo orabat: qualis lectulus ubi quiescebat. Cumque hoc à beato viro impetrare non posset, (nec namque ei videbatur, ut femina fervorum Dei cellas ingrederetur) illa indignans cellulæ ostium videri aperiri jussit. Moxque ingrediens, loca, quæ videre cupiebat, vidit quidem, sed virum Dei, qui intus erat, nec ipsa, nec illi, qui eam comitabantur, videre potuerunt. Illa igitur à fratribus, quos in cella reperit, seiscitatur, ubinam Vincentius esset? Respondent illi, quod ante oculos haberet, ac dicunt se plurimum admirari, quod eum non videret, cum ipse in loco patulo esset, unde ab omnibus videri posset. Postquam hæc regina dixerunt, ad virum Dei Vincentium conversi, Quid cause est, inquit, Pater optime, quod regina ad te venienti non affurgis, nec eam alloqueris? At ille: Nescias, inquit, filii mei, nunquam fuisse à nobis permittam, ut femine in cellas nostras introducerentur? Et quamvis hæc regina sit: tamen eam ingredi non permisi, ne siam personarum acceptor. Et quoniam violentiam hanc fecit, ut me invito ingredi ausa sit, ideo quamdiu hoc in loco commorabitur, divino miraculo fiet, quod ejus oculi tenebuntur, ut quamvis coram habeat me, nunquam tamen videre possit. Hæc audiens regina statim egressa est. Vincentius autem secutus est eam. Quem illa videns, ante eum nitum in modum humiliata est, ac pro commissio veniam petit. Cui dixit B. Vincentius: nisi per muliebrem ignorantiam peccavisses, certe non impune tantam violentiam mihi fecisses. Ulter enim est Deus injuriarum, quæ servis ejus inferuntur. Amodo igitur cave, ne quid ejusmodi committas in servos Dei; post mortem vero inter sermone regina decessit. P. Ruzanus in vita S. Vincentii lib. 2. cap. 9.

Huic affine est, quod in antiquissima sancti Carilephi Prefbyteri, & monachi vita scribitur: mulier quædam Gunda nomine, quam clandestinus supplanator illexerat, Spiritui sancto volens illudere, virili præsumpta veste, in beatissimi Carilephi monasterium ingredi conata est, ut probaret, verumne esset illius vaticinium, quo prædixerat sexui femineo nunquam datum iri copiam in illud intrandi, sed iusto Dei iudicio prorsusquam vel apicem cenobii clausos aditus, arrepto à diabolo retroforam ruit, adeoque secunde ab illo vexata est, ut dicere me pudeat. Caput enim illi adegit inter femora, sique factum est, ut quæ sacras limimbis fassa oscula imprimere tentaverat, immundus sui corporis partes osculari cogere, sexumque ipsa vnum, quem virili habitu regere voluerat, cunctis cernere volentibus palam proderet. Ea res effectus, ut deinceps eò se conferre mulieres ausa non sint. Sar. tom. 3.

Fiactus nobilis Ibernus solitudinis amore captus, patria relicta Meldos ad sanctum Paronem, cum quibusdam sociis venit. Faro sui peregrini cognita voluntate, locum in quodam sui patrimonii nemore ei tribuit, ubi Fiactus excelsis arboribus monasterium ad Deiprat laudem, & gloriam collocavit, adjuncta hospitali domo, in qua ipse viatores, atque hospites benigne acceptos ab itineris molestiis, & lassitudine recreabat. Fiacti sanctitas eò usque progressa est, ut non modo peregrinorum inedia consuleret, sed cuiusque etiam generis morbos, agritudinesque sanaret. Cumque miraculorum percrebescere fama advenarum numerum mirandum in modum excrevisset, nequa tam multis cibaria suppeterent, oravit loci Episcopus, ut tantum nemoris liceret excindere, quantum hortu serendo satis esset, unde olera esurientis peregrinis legerentur. Episcopus tantum ex sylva dedit, quantum diurna fossione Xenodochio circum obito propria manu patefacere potuisset. Fiactus gratias, ut par erat, Episcopo & actis, & habitis, ad solitudinem reversus, preces pramittit ad caelum. Baculum deinde per terram trahit, quæ sponte discedens & virgula, & arbores evertit, ita ut nemus hinc inde concideret, & locum hortu ponendo vacuum liberumque relinqueret. Intervenit interea mulier, quæ animadvertit terræ ultro cedentis hiatu rem Episcopo indignabunda nunciavit; Fiactum magum esse, & maleficum dicens, ut quæ incantationibus ad nemus omne vastandum: inde se ad Fiactum recitavit, ac Dei virum conviciis oneratum ab opere incepto Episcopo nomine jubet abstinere, ipsumque Antifitum adventare denunciat, ad pœnas repetendas. Fiactus & pacis amans, & obedientiam ab opere quod in gymrum duxerat, manus abstulit, & in

& in petra nec flus, & tristis infedie. Quæ petra de duritia reamittens, sedem & mollem, & concavam Dei viro substravit. Venit interim Episcopus prociacis femina accusationibus irritatus, animadvertitque & terra, & petra miraculo. Fiactum pro meritis honoravit, ac loco illo potiri jussit, quem divina manus esset elongavit. Cæterum illo ex tempore muliebre genus monasterii aditu, quod virginum dicatur, erit, vis quadam divina prohibuit, nullaque femina intulit credem impunè. Nam Matriona quædam dives, quæ ancillam experienti causa, quæ audierat, in monasterium suam compulerat, altero privata oculo est, incolum serva, quæ vim alienam, heraque impulsit repellere nequivisset. Audaci quidem femine alterum lumen Deiprat clausit, ut altero, quod reliquebatur, claritas imposterum pervideret, & eos imitaretur, qui ut tela, sagittaque certiore istu dirigant, alterum solent oculum cohibere, ne vis ipsi cernendi fisti distracta remissior. M. S. Eccles. Trajesh. in vita ejus Tom. 7.

Sancta Reineldis virgo, & martyri, beata Gudile foror, cum in dies magis, ac magis carnem edomans spiritum roboraret, præter Deum nihil habere decrevit. Unde cum foree Gudila Lobium audiret, omnia sua beato Petro Apostolorum Principi oblatura. Sed à fratribus loci utraque audivit mulierem nunquam intrasse domum illam. Ob quod beata Gudila recessit. Sancta autem Reineldis per triduanas preces divinitus ingressum obtinuit, & Sanctus cum quinque villis, & omnibus appendiciis ecclesie regni clavigero tradidit, ut ab eo ad cæli palatium mereretur introducti. Dehinc benedictione accepta à patre monasterii & fratribus, unius tantum servii, & ancille comitatu contenta, loca, quæ D. nosse Jesus Christus corporaliter perambulavit, peraginando visitavit, & post septennium cum multis relictis, veragino vixit, & post sepultus, & à beato Aulberto velata, tunc contemplativa statum, miraculis, atque virtutibus refulgens, obtinuit. Ubi etiam ab irruentibus barbaris martyrio est coronata ante altare sancti Martyrii Quintini in modum Dominicæ Crucis profstrata. Ex Chron. Lobienf. Molanus in Catal. SS. Belgii.

OBIEDIENTIA RELIGIOSA.

PAUPERIAS RELIGIOSA.

Quære in Locis propriis de Obedientia.

* PROPRIETAS A RELIGIONE EXTIRPANDA.

B. Gregorius Magnus, Romana civitatis Antistes, cum esset summus Pontifex, monasterium vitorum maximum edificavit, mandatumque dedit, ut nullus monachorum proprium aliquid haberet, nec unum quidem obolum, Frater ergo monasterii habebat secularum fratrem, & quo petiit, dicens: Tunicam non habeo, ideo fac in me charitatem, & eme illam mihi. Dixit illi secularis frater. Ecce tria hæc numismata, accipe, & eme tibi, ut placet. Sumens ergo monachus tria numismata, habuit illa apud se. Quod cum alius monachus vidisset; abiit, & nunciavit Abbati. Quo audito, Abbas renunciavit, & ipse sanctissimo Papæ Gregorio. Beatus vero Gregorius hoc audiens, iussit eum, ut qui monasterii regulas prætergressus esset, à communione separari. Post modicum vero temporis, moritur frater ille ita separatus, nesciente Papa Gregorio, post duos autem, vel tres dies abiit D. Abbas, & nunciavit illi dicens: Frater ille defunctus est. Quo ille audito non mediocriter contristatus est, quod antequam abolveretur ab excommunicationis vinculo, migrasset à sæculo. Scribensque orationem in forma epistolæ dedit uni ex Archidiaconis, jubens illi, ut iret, & super sepulchrum fratris eam legeret. Per ipsas vero literas abolverebat ab excommunicationis nexibus mortuum. Abiens igitur Archidiaconus, sicut illi fuerat imperatum, supra sepulchrum Fratris brevem illam chartulam legit. Eademque nocte vidit Abbas defunctum Fratrem, & ait illi: Nonne mortuus es, Frater? qui ait: Ita sane. Rursus interrogavit eum Abbas. Et ubi fuisti usque hodie? Dixit ei Frater: Veraciter, Domine in carcere fui usque heri, hesternum autem die absolutus sum. Notum vero factum est omnibus, quia qua hora Archidiaconus absolutiois verba super Fratrem legerat, fuerat ab excommunicatione absolutus, liberataque est de iudicio, & damnatione anima ipsius. Pratum Spirituale cap. 192. Greg. lib. 4. Dial.

Similiter accidit Januarii nostro (inquit Augustinus) qui columna obedientiæ, & paupertatis inter nos esse videbatur, L. B. Theat. vitæ Hsman. Tom. VI.

cujus perditionem frequenter, & ululare debemus: nam ad nos cum lacrymis venit, & paupertatem quamdiu viveret, E servare promissit, & tamen vincam, & agrum nobis ignoratibus in sæculo possidebat. O professio mortifera! o proditoria promissio! ore dicebat, quod corde odiebat. Sanctum credebamus, qui omnibus pejor erat. Et sic annis duodecim, & amplius Januarius nosse, ut vididisti, & audidisti, male vixit, & male moritur. Quare vel quomodo male vixit, nisi quia quod suum non erat, secretè tenuit? Quomodo etiam male moritur, nisi quia in fine se non cognovit, & oblitus in suo sensu, nobis ignorantibus testamentum fecit, & filium, quem habebat in saculo, ditavit? O utinam quidem in fine hoc nobis dixisset, ut orantibus nobis venia impetrasset: sed nec confessus fuit, nec eum fecisse penituit, propterea de meis non est, nec, dum viveret, erat. Ligat igitur manus cadaveris ejus, ponentes in panno ligatos centum, & undecim scielos, quos in pariete cellulæ retinebat, Non enim licet nobis servis Dei eam collocare, vel ponere in victu, vel in vestitu, vel in opere monasterii, quæ pretium damnationis est. Aug. serm. 5. ad Fratres in eremo, & serm. 49. de divers. cap. 2.

Cenobitam monachum nihil proprii possidere posse, etiam ostendit D. Hieronymus, ad Eustobium de custodia virginitatis: Quid, inquit, ante non plures annos Nitria gestum sit, referemus. Quidam ex fratribus parior magis quis avarior, & nesciens triginta argenteis Dominum venditum, centum solidos, quos lino texendo acquisierat, moriens reliquit. Intum est inter monachos consilium (nam in eodem loco ceteri quinque milia divitis cellulis habitabant) quid facti opus esset. Alii pauperibus distribuendos esse dicebant, alii dandos Ecclesie, nonnulli parentibus remittendos. Macarius vero & Pambos, & Idorus, & ceteri, quos Patres vocant, sancto in eis loquente spiritu, decreverunt infodandos esse cum eodem, dicentes: Pecunia tua tecum sit in perditionem. Nec hoc crudeliter quisquam pure factum. Tantus cumdos per totam Egyptum terror invasit, ut unum solidum dimissit sit criminis. D. Hieron. epist. 22.

Quidam Canonicus regularis in articulo mortis agens, licet à Priore suo communitus, ut proprium, quod contra regulam latenter habebat, resignaret, noluit tamen, postquam autem diem clausit extremum, licet inter alios fratres traditus sit sepulture: tamen quia proprietatis apud eum fuit inventa in morte, ipsam cum eo in signum perditionis extra monasterium in sterquilino subterrari jussit. Clemens III. Extra. de statu monach. cap. 4. §. 6.

Quadam die duo è monasterio S. Andreae transmissi sunt, qui aliquid emere pro monasterii utilitate debuissent; unus junior, qui prudentior videbatur: alter senior, qui cunctis junioris esset. Perrexerunt uterque, & de pretio quod acceperunt, ipse, qui custos missus fuerat, & nesciente altero, de eodem pretio furtum fecit. Qui mox ut ad monasterium sunt reversi, atque ante oratorii limen venerunt atreptus à demonio is, qui furtum fecerat, cecidit, & vexari cepit. Dimissus autem à demonio, concurrentibus monachis, requisitus est, num forsitan de eo quod acceperat, furtum fecisset. Negavit. Iterum vexatus est. Dimissus, atque iterum requisitus negavit, atque iterum vexatus est. Octo itaque vicibus negavit, octo vicibus est vexatus. Post octavam vero negationem, necnon vexationem, confessus est quantos nummos furto abtulerat; & agens penitentiam in profstratus se peccate testatus est. Uterius vero ad ex damnationem non accessit. Baronius tomo 8. anno 601. ex D. Gregorio.

Non longè à monasterio S. Benedicthi erat, in quo non minima multitudo hominum ad fidem Dei ab idolorum cultu Benedicthi fuerat exhortatione conversa. Ibi quoque sanctimonialis femina inerat, & crebro istius pro exhortandis animabus fratres suos mittere Benedicthi Dei famulus curabat. Quadam vero die misit ex moribus sed is, qui missus fuerat, post admonitionem factam à sanctimonialibus rogatus mappulas accepit, sibi que eas abscondit in sinu. Qui mox ut reversus est, eum vir Dei vehementissime cepit increpare: Quomodo, inquit, ingressa est iniquitas in sinum tuum? At ille obtulit, & quid egisset oblitus, unde corripiebatur. Ignorabat. Cui ait: Nunquid ego illic presens non eram, quando ab ancillis Dei mappulas accepisti, tibi que eas in sinu posuisti? Qui mox ejus vestigiis provolutus, stulte se egisse penituit, & eas, quas in sinu absconderat mappulas abiecit. Greg. in vita S. Benedicthi cap. 19.

Narrat *Cassianus* de quodam alio, qui debita obedientia, a paupertateque forte non contentus, magno labore defudabat, ut tugurium suum laxius paulo, ornatusque redderet, quam communis condolalium ratio ferebat: dumque aliquando sereret opus, superveniens senior invenit illum ingenti malleo saxum nudum diverberantem, volentem illud minuire, & usui suo aptum reddere; & viditque diabolum, in forma Æthiopsis, manus manibus applicantem, istus singulos dirigentem, & adjuvantem, quippe totis viribus, atque consilio opus curiosa mente conceptum strenue promovebat. Accedens vir sanctus propius rogavit, equidnam ageret: Lapis hic, inquit, nobis multum facessit negotii, & vix illum confringere valeamus. Recte, inquit Superior dicit (nobis & valemus) nam solus non es in hoc opere, sed cooperatorem habes, qui tibi non tam servit, & opitulatur, quam imperat, & dominatur, teque facere compellit, quicquid voluerit, juxta proprii tamen sensus tui perverfam cupiditatem. Dum visibili fraus ista specie detegitur, simul innuitur, quid quotidie latenter peragatur, quando diaboli jussis per peccatum obtemperatur. *Class. coll. g. cap. 6.*

Veniens monachi, inquit *Gregorius* monasterii quondam Abbatis *Claudii*, petierunt sibi Constantium monachum Abbatem debere reconflitui. Quos valde ego in sua petitione detestatus sum, quia mihi terrenæ mentis esse omnino apparuerunt. Cognovi enim, quod idem Constantius quæstiverunt habere. Cognovi enim, quod idem Constantius peculiari tati studeat. Quæres maxime testatur eum cor monachi non habere. Ac deinde cognovi, quia ad monasterium, quod in Piceni Provincia situm est, solus peregere sine aliquo fratre suorum præsumpsit. Ex qua ejus ædione cognoscimus, quia si sine teste ambulat, recte non vivit. At quomodo aliis regulam tenet, quam sibi ipsi nec scire tenere? Ab hoc igitur recedentes, cellerarium quendam nomine *Manrum* petiverunt, ejus vitam, atque industriam multa testificauerunt, quia & quondam Abbas *Claudius* eum quibusdam laudabat. Tua itaque experientia sollicitè requirit, & si ejus vita ad locum regimini digna est, à reverentissimo fratre, & Coepiscopo nostro *Mariniano* hunc Abbatem ordinari faciat: Si vero est, quod ei omnino obvius, & ex sua congregatione invenire aptum minime possunt, ipsi sibi aliunde eligant, & is, quem elegerint, fiat. Hoc autem prædicto fratri, & Coepiscopo nostro omnino dicere stude, ut peculiaritatem à quatuor aut quinque monasteriis monachis, in quibus corrigi hæcenus minime potuit, studiosissime compescat, & hoc ipsum monasterium à tali peccate mundare festinet; quia si illi peculiaritas à tali peccate nec concordia, nec charitas in congregatione eadem poterit petmanere. Quid est autem habitus monachii, nisi contemptus mundi? Quomodo igitur mundum despiciunt, qui in monasterio positi aurum querunt. *Gregorius lib. 10. Epistola 22.*

Cum *Franciscus Xaverius* Societatis *Jesu* sacerdos apud *Malacenses* esset, egrégium quæ paupertatis Evangelicæ, qua severitatis documentum dedit. *Joannes Durus* ejus socius, & comes erat. Is *Francisci* commoditati servendum ratus: illo insciente nummorum aliquod, avidius, quam prudentius, à *Lusitanis* acceperat, elemosynæ nomine. Quod ubi rescivit *Xaverius* (ut erat non minus acer vindex, quam diligens cultor paupertatis) eum protinus in proximam insulam ad breve tempus relegavit. *Horatius Turfollinus lib. 3. Vita ejus cap. 7.*

Inter cætera, quæ *Albertus Magnus* Ordinis Fratrum prædicatorum vir præclarissimus, & Ecclesiæ *Ratisponensis* Episcopus, statuit, illud utilissimum fuit, ut in quolibet monasterio semel quotannis unusquisque Præfecto cœnobii, quem vocant Priorem, arcam sui pectoris aperiret, & delicta confiteretur, oves suas Pastor agnosceret. Præcipue vero cavet, ne quis privatam pecuniam, aut rem aliam inscio Præfecto suo, vel in monasterio, vel extra, in suum, vel alienum usum possideret, ac dispenseret. Quare in provinciali Concilio in deprehensum quendam ex illorum numero, qui converti vulgò nuncupantur, gravissime animadverti. Siquidem extumulati jam sepulchrum, & ex sacro præcio loco jussit. Adeo autem hujusmodi proprietatem rerum damnavit, & exhorruit, ut libros à se compiosos, & manu propria scriptos relinqueret in cœnobis, in quibus sedebat, cum inde abiret, ne quid privatum, & tanquam suum possidere videretur. *Joannes Anton. Flamminius in vita ejus.*

His addam, quod refertur in gestis Fratrum Prædicatorum de duobus juvenibus, qui pari adipsicanda perfectionis ardore excitati, relicta patria, à qua simul oriundi erant, Religionem inierunt. Uterque & constantiam, & virtutem, & pietatem probavit suam. Altero tamen eorum morbo decumbente, spemque evadendi nullam relinquente, alter; cum se in aliena religione defestitum iri solatio existimaret, nutabundus tum demum insinuavit infirmo, sibi admodum fore difficile perseverare. Eger vero solari pusillum animum, quod Deo hæc visum esset polliceri, demde, ne vel à morte quidem se esse desuturum: reversum quoque, & de statu suo certiorum reddidit. Decessit ergo, & orationis post mortem socio apparuit sub tristi specie. Quærenti vero, quemadmodum se haberet, non optime, ait, causamque sciscitanti, Pator, inquit, quippiam, non aliam ob causam, quam quod, cum novi foci de morte darentur fratribus, acceptis novis veteres oculatam contra regulæ statutum, puritatemque paupertatis religiosæ: dixit etiam eisdem latere etiamnum ad pedes lecticæ, rogare se ut ad Superiorem deferat, isque reatum in Capitulo expostum absolvat, ac orationibus, sacrificiisque expiari faciat. Factum est hoc, ut petit. Latissimus demum apparuit socio, magno splendore coruscans, e ductumque foras ad plantam eum solatur, & ad constantiam hortatur: ecce fulgentissimum motum hominum cohors, summo ordine magnas cruces humeris deferentium, in montem trahentes, cælum conscendebat. Novitius in admirationem raptus, illico in felicissimam illam turbam oculos coniecit, & dum eos aspectu prosequitur, succedit alius cuneus beatorum, gestantium inmanibus triumphales cruces, quas nulla difficultate gestabant. Auxit admirationem juxta, ac lætitiæ hic ordo militum, priores post sequentium, colorumque cella penitentium; sed comitæ præ gaudio sese vix potuit, cum tertius ordo succellit, duplo major: nam singulis sua crux à florentissimo quodam juvene præferebatur; cuiusque præcedentes turmas sequerentur, & Angelus defunctum novitium cum sua cruce ad jungendum sese alius ascenderet, socius ejus: Non ita, inquit, abbas, priusquam rei gestæ fierent, triumpho religiosorum ordinum triumphos explicueris. Beatus juvenis, quoscumque vidisset, ait, tribus hisce distinctis ordinibus, omnes beata civitate donatos esse certoficias. Qui primi comparere, insignes crucibus, quas *G*

bajulabant humeris ii sunt, qui atate profectioni sese Deo obsequio mancipaverunt: ideo longas, latasque cruces, præteritarum scilicet consuetudinum velut onera quædam, deportate coacti sunt. Secunda cohors est eorum, qui media atate virtutum complexi sunt, & ii cruce gestant manibus, utpote portatæ leviores. Qui verò agmen clausurunt, nec cruce nec labore sese tulisse insinuant, quia in tenera etate, spreto mundi illecebris, perfectionis arcem ingressi Angelice vixerunt, totumque jugi Domini pondus eorum Angelis sustinuerunt, non ipsi. Si perseveraveris, nobis adjungaris, & beatus eris: ego verò Dei gratia cum illis ascendo. Bene vale. Quibus dictis alios secutus est, Angelo suo duce, ejusque cruce in ferente. *Gerard. de Fracheto in vit. F. Prædicat. probatis ab ipsorum Generali, Parisiis. an. 1266.*

Divus *Antonius* egregio factio id euidam monacho significavit, qui in renunciatione sibi pecuniam retinuerat. Dixit enim illi, ut pergeret in vicum, & emeret ibi carnes, easque corpori nudo imponeret, ac rediret ad eam. Peccit id frater, & tum canes, tum aves omne corpus ejus; propter carnem sapiendam, tam dentibus, quam unguibus diruperunt. Cum *H*

ergo redisset ad *Antonium*, requisitum est, num fecisset, quod præcepit. Illo autem demonstrante corpus suum laceratum dixit ei *S. Antonius*: Quicumque renunciat seculo, & voluit adhuc habere pecuniam, sic à demonibus laceratur. *Ex vitis Patrum part. 2. s. 64.*

Unam autem rem, inquit *Josaphat* ad *Barlaam* abundentem, à te possulo, nimirum, ut, quoniam pro tuis religiosæ vite sodalibus nihil accipere voluisti, saltem pro te exigam aliquid pecunie in victum, ac vestem, & indumentum accipias. Ille autem ad eum respondit: Cum pro fratribus meis nihil à te acceperim (neque enim illi aliquid ex hujus mundi rebus, à quibus ultra seculo removerunt, accipere opus habent) quoniam tandem pacto mihi id acquirit, quod ipsis interdixit? nam si pecuniarum possessio bona esset, illis certe ante me ac impertirent. Quoniam autem exemptionem earum possessionem esse scio, nec illos, ne me item hujusmodi laqueis implicabo. *Jo. Domus. in vit. SS. Josaphat. & Balsam. cap. 21.*

* MOR-

* MORTIFICATIO.

RELIGIOSA.

Petantur quedam ex Loco de Mortificatione.

D. Bernardus, cum jam *Clarevallensis* Abbas esset ordinatus, adventantibus novitiis, & festinantibus ingredi, audire eum soliti sumus prædicantem, ac dicentem. Si ad ea, quæ intus sunt, festinatis, hic foris dimitte corpora, quæ de seculo attulisti: soli spiritus ingrediantur, caro non prodest quicquam. Quod, novitiis ad novitatem verbi petentibus, parcens teneritudini eorum, clementer exponendo quod dixerat carnalem concupiscentiam prædicare solebat foris dimittendam. Ipse cum novitiis esset, in nullo sibi parcens, instabat omnibus modis mortificare non solum concupiscentias carnis, quæ per sensus corporis sunt, sed & sensus ipsos, per quos sunt: cum enim jam interiori sensu illuminati amoris dulcius, ac frequentius sentire inciperet delirium spirantem sibi suavitatem, sensui illi interiori timens à sensibus corporis, vix tantum ei permittebat, quantum sufficeret ad exterioris cum hominibus conversationis societatem. *Guill. Abbas in vita ejus cap. 4. lib. 1.*

Cæterum aliorum exemplis fiet, quod dicimus, manifestum. Cum ad senem Abbatem *Apollo* germanus suus impetesta nocte venisset, implorans ut de monasterio suo pauperem egredere, ac evellendum bovem, quem cæno palustris eminus inharere sibi libenter querebatur, ei esset auxilio, quia cum solus nequaquam posset eruire, Abbas *Apollo* pertinaciter obsecranti; cur, ait, juniorum fratrem nostrum, quem præteriens propiorum, quam me habueras, non rogasti? Cuique ille cum mortem illi sepulti fratris oblitum, & ex nimia continentia, ac solitudinis jugitate velut impotem mentis existimans respondisset. Quemadmodum poteram de sepulchro eum, qui ante annos quinquaginta obiit, invocare? Abbas *Apollo* signis ergo, ait, me quoque annos viginti huic mundo fuisse defunctum, nullaque jam posse de hujus cella sepulchro, quæ ad præsentis vite pertineant statum, tibi conferre solatia? Quem in tantam *Christus* ab intentione mortificationis arreptæ, ut modicum ad extrahendum bovem tuum non patitur relaxari, ut brevissimi quod momenti inducias pro patris illius sepulchro, quæ multo utique celestius, honestius, & religiosius fuerat exhibenda. *Rimamini* itaque nunc arcana pectoris vestri, prudenter que coniecit, an talem etiam vos juxta parentes vestros districtiorem, mentis jugiter recitare possitis. Cuique, vos in hanc animi mortificationem eidem consimiles sentitis, tum demum scitote parentum, fratrumque viciniam vobis quoque similiter noxiam non futuram, ut scilicet eis quamvis in proximo constituti velut mortuos vos esse credatis; ita ut nec illos vestris foveti solatiis, nec vos illorum finatis obsequiis relaxari. *Joan. Cass. Cell. 24 de mortificatione. cap. 9.*

Non minorem sese habere offendit mortificationis affectum *Eremita* quidam: Cum enim ci post annos quinquaginta, ac matris, amicumque multorum de Provincia *Ponti* complures epistolæ delatæ fuissent, accipiens grandem fasciculum litterarum, dixit apud semetipsum volvens: Quanta rem, inquit cogitationum causa erit mihi harum lectio, quæ me, vel ad inane gaudium, vel ad tristitiam infructuosas impellent? Quot diebus coram recordatione, qui scripserint, intentionem pectoris mei à propolita contemplatione revocant? Post quantum temporis dirigenda est hæc mentis concepta consuetudo, quantoque labore rursus iste tranquillitatis reparandum est status, si semel animi litterarum permotus affectu, eorumque recedendo sermones ac vultus, quos tanto tempore dereliquit, iterum eos invisere, ipsisque cohabitare, & animo, ac mente ceperit interesse? Quos profecto corporaliter deseruere nil proderit, si corde eos inquit inxerit, ac memoriam, quam seculo hæc renantiam quisque velut mortuum abdicavit, reviviscens eandem rursus admiserit. Hæc volvens in corde suo, non solum nullam resolvere epistolam desinit, sed ne ipsum quidem fasciculum resignare: ne scilicet eorum, qui scripserant, vel nomine recedendo, vel vultus recordando, à spiritus sui intentione cessaret. Itaque ut eum constitutum susceperat, igni tradidit comburendum: Itē, inquitens cogitationes patriæ, pariter conetramini, ne me ulterius ad illa, quæ fugi, revocare tentetis. *Idem. lib. 5. de Spiritu Gastrimar. cap. 22.*

Hoc vero recentius est, quod in *Aronensi* domo contigit an. 1585. ubi qui se probant, ad omnem officii, ac disciplinæ *L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.*

laudem continenter sese exereent, nec quidquæ prius imbuunt, quam præ *Christo* patriam, parentes, genus, & seipfos villa habere. Ex his quidam cum in eo itinere, quod *Mediolanum* ritum est, suos offendisset parentes, qui ejus revivendi causa domo discesserant, nihil inopinatum eorum commotus aspectu, propius accessit, & quo erat pauperis peregrinantis ornatu, stipem rogavit. Ea re percussit parentes, miserari primò filii conditionem, deinde invitare domum, quæ non procul aberat, & pro patria, maternaque necessitudine, etiam cogere, sed frustra: non enim modo ad cœnam, sed ne ad sedandam quidem scim de via seorsum deducere poterunt, veteres carnis deridentem blanditiam, qui suavitates spiritus gustare jam ceperat. *Ex Chron. Societ. Provinc. Medialanens. an. 1585.*

De Comite *ADOLPHO*. Vide supra Locum de Religione in genere, Tit. Causa & occasiones suscipere religionis.

De *Polichronio* scribit *Theodoretus* Episcopus *Cypri* in hunc modum: mortificabat se aspero cilicio, vilique, & nullius pretii habitu, sicque inopem vitam agebat, ut nec necessarium quidem semper haberet nutrimentum, ac totam noctem vigil in precibus stans consumebat. Ad augendam autem mortificationem habebat in cella truncum ex quercu (quem fateatur *Theodoretus* vix se tollere potuisse) hunc noctu, diuque imponebat humeris, & sic in oratione perstabat. Paupertatem tanto studio coluit, ut existimaret quovis regno magis experendam. His, alique id genus exercitiis in extremam usque atatem usurpatis, ad tantam Dei notitiam, continuamque rerum divinarum memoriam pervenit, ut mentem à contemplatione divellere non posset, quare & cum his, qui ad ipsum subinde ventitabant, paucis discerens, non poterat in animum inducere, ut cogitationem à cœlis deduceret. *Theodor. in hist. SS. Patrum cap. 24.*

Retert *B. Dorotheus*, se initio susceperit religiosæ vite mortificasse suam voluntatem, parcendo alienæ superiorum, & honorum cupiditatem, patefaciendo insidem tentationes, & cordis sui cogitationes, eoque exercitio consecutum tantam animi pacem, & tranquillitatem, ut nec ullum religiosæ vite opus, nec ulla calamitas deinceps molestiam aliquam, aut perturbationem ipsi atulerit. Et quia illis insidens nondum erat rerum divinarum tam intelligens, ac peccata dubitare ceperit, securamque, & rectam viam teneret in *Cæ* lum, eo quod per tribulationes multas, quas ipse non experiebatur, aditus pateret ad cælum. Cum vero nec dubitatio illa consuetam ei pacem adimeret, scripto proposuit cum suo quidam Patri spirituali, magna sanctitate confisico; qui ei respondit: Metum omnem deponeret, tranquillitatem illam natam esse ex mortificandi studio, quod coluisset voluntatem, & judicium subiciendo judicio, & voluntati superiorum, & in manus Dei, majorumque suorum omnia tradendo. Felices itaque, & beati sunt, qui à Deo imperarunt voluntatem, vireque se mortificandi, diligensque studium adhibent in refranandis prævis animi perturbationibus: illi enim in hæc terra incipiunt gustum capere illius serenissimæ pacis, quæ erit in cælo. *Dorothe. Archimandrita.*

Illud etiam minime prætereundum videtur, quod quamvis *Ignatius* Societatis institutor, tam excellenti esset orationis spiritu ornatus, pluris tamen interdum facere videbatur spiritum mortificationis, quam spiritum orationis; est ita connexi spiritus, jugitate inter se sunt, ut sejungis distrahique difficulter possint. Ex quo, cum religiosum quondam virum, ut laudaret quidam ex nostris Patribus, *Ignatio* diceret, vir est multæ orationis: *Ignatius* voce commutata, Vir est (inquit) multæ mortificationis. Eam porò mortificationem intelligebat, non modò quæ in corporis afflictatione posita est, sed multò etiam magis, quæ in proprie voluntatis, ac judicii expugnatione consistit. Quocirca, in hominibus potissimum honoratis, atque splendidi sui contemptum, omnisque fastus, extimilationis, atque excellentiæ conculationem, ac victoriam, corporis macerationi longè anteferebat, quod videlicet, sit difficilis spiritum comprimere, quam carnem affligere. Quamquam rebellis caro sæpe affligenda est, ut spiritus comprimat. *P. Ribad. in vita.*

B. Catharina Bononiensis, ut se mortificaret in contemptum sui, & ab omnibus vilipenderetur, non solum coram Confessario, sed etiam publicè sua peccata confitebatur, & manu sua scripta relinquebat. Dii in oratione brachii in formam crucis protensis perfestebat. Aliarum Religiosarum *Vuu 3* virtu-

virtutes omnes imitabatur, & licet plus omnibus se in iis exerceret, tamen omnium viliissimam se reputabat. Voluntatem suam frangebatur obsequendo summa promptitudine in omnibus. Latrabatur iniuriis, optabatur asperere, & durè se à sua superiore tractari, & graviora quæque sibi imponi. Experta enim utilitates, quæ inde manabant, dicebat: Omnem quidem obedientiam in rebus licitis esse bonam, & fructuosam, sed optimam, saluberrimamque esse, quando ali- quod arduum moroso vultu à superiore imperatur. Hoc gene- re mortificationis tantam voluntatis rectitudinem consecuta est, & tantum amoris divini robur, ut ad optemperandum divinæ voluntati parata esset non solum omnes mundi, sed etiam ipsius inferni cruciatus perferre, si fieri posset. Atque ut deliderabat, sic etiam à Deo toto pectore efflagitabat, si inde major Deo gloria, & usque animæ profectus resultaret, etiam horribiliores poenas sustinere, non quoad culpam, quam maximè oderat, & horrebat, se quoad acerbiter cruciatus. *Ex vita ejus Davoulitius in Catech. historiali.*

B. P. Ignatius Lojola hanc mortificationis exercendæ rationem non neglexit. Nam in patriam & Gallia profectus anno 1535, ad exequenda negotia, in domum patrem divertere noluit; & spectantibus, atque ægerimè propinquis omnibus ferentibus, ostiatim petivit stipem, ut se in publica hospitali domo quotidie sustentaret; rudimenta prima fidei Christianæ parvulus docebat; denique in concione quædam errata sua adolescentiæ, atque in primis quoddam paucorum pomorum furtum, palam est confessus. Has mortificationes cum lachrymis se facere profectus, ut vitæ solutioris lubri- cæ atque damna spiritalia civibus illata compensaret. Si quid ad animarum salutem pertinere, idem se paratissimum dicebat, incedere nudis pedibus, comibusque onustum per plateas; & nullum reculare habitum; aut ridiculum; aut probro- bium vestimentum genus. Reipsa comprobavit, cum se occasio tulit, quod promittebat. Nam Parisiis, ut ab amo- re meretricio revocaret adolescentem, nudus in stagnum collo- tus tenus perfrigida tempestate se immerit, propter viam, qua ille transiurus erat; & voce horribili ex eo loco innotans, flexit animum infans juvenis ad saniorum mentem. *Maffæus lib. 2. cap. 1.*

C. FRANCISCUS Xaverius agrum nactus, inquit auctor vitæ, venera luce, ac tabe confectum, hoc impensius ei ministrare instituit, quo magis ab illo abhorrebat animus natura usque delicatus. Mirasque ibi pugnas edidit, nobileque de se tulit victorias. Coercebat ratio contumaciam naturæ, & tenuis illius horrorem virtus divina superabat. Urgebat tamen interdum ulcerum foeditas, gravitasque odoris, adco ut nauseans, uti asfolet, animus ulcerosum hominem averfa- retur. Non fecellit sine dæmonis, sine naturæ dolus solertiam Xaverii. Igitur postquam paulatim refrigerare sensit cha- ritatem, sibi in sensu, suamque animi molliem increpitan- tis, meritis de se expectare poenas, atque illud delicati animi fastidium penitus exuere statuit. Nec mora. Obfirmat Christi charitate pectus, & S. Catharinæ Senensis exemplo, manan- tem ex ulceribus saniem semel, atque iterum unicus sui victor exigit: Eximia virtus divinitus eximio donata est præmio. *Ex vita ejus.*

D. LUDOVICA Taurella Vastalla domina, matrona nobilissi- ma Mediolanensis, ac religiosissima, ut in ejus vita traditur, dicebat sese quibusdam publicis mortificationibus confunde- re, quod in juventute choreis, jocis, & aliis mulieribus vani- tatibus fuisset delectata. Mortificationes autem tales fuerunt: In veste vilissima, capillo in formam crucis attonso, per ur- ben incedere ad puerorum, plebisque ludibrium? ad Gubernatoris aulam accedere habitu eodem, ut ulcisceretur irrisui; ferrea catena collo injecta, solutis crinibus, prælatis manu cineribus, psalmum quinquagesimum pronunciantem ab adibus ad Ecclesiam trahi: nemem, aut aliquid simile abie- ctæ operæ molentem, excipere domi summos dignitate viros, ad se invitantem, salutandamque adventantes. *Paulus Morig. in vita.*

* DISCIPLINA RELIGIOSA: eaque tam in se, quam in alios.

HILDEBRANDUS Romanæ Ecclesiæ Archidiaconus, Apo- stolicæ Sedis Pontifex mox futurus, Galliarum legatione suscepta, Cluniacum venerat. Hic quadam die sedens in Ca- pitulo cum beato Hugone Fratrum negligentis pietatis gladi- o cortigente, aspexit Dominum Jesum præsentem, prædi-

doque Patri assidentem. eique de singulis, quid agere debe- ret, fugerentem. Itaque Hildebrandus sancti viri merita prædicans, in famulo Dominum collaudabat. *Baron. tom. 11. 1055. num. 27.*

Sicuti apes, quæ aculeum perdunt, mella de cætero facere non possunt, sic sepius fit, ut qui subditum non corripit, dum errantem videt, aut intelligit, ut iusta Dei vindicta à melle virtutis cadat. De qua re hoc scribit exemplum. *Thomas Brabantinus:* Vidimus, inquit, in monasterio quodam Monachum naturali ingenio, & scientia præditum, virtute castitatis, & omni morum honestate præclarum. In quo solus ille defectus erat, quod nullam contra peccata rigiditatem habebat. Quem defectum in eo corrigendum sperantes monachi, cum in Abbatem unanimiter elegerunt. At ille factus Abbas, ut ante, in pusillanimitate, & ignavia perstitit: & ex hoc ordo monasticus notam satis gravem dissolutionis incurrit. Quod superiores ejus, ordinarii ni- mirum, grave ducentes, illum ab officio removērunt. Quod ille supra modum graviter ferens, ad tantam paulatim impatientiam venit, ut manus iniquitatis totaliter daret, & se impudensissime nequissimè in dissipationem Ecclesiæ sociaret. Nec istud tempus distulit intercessit, cum ecce postus in agonia, importunos exadtores sibi inflare videt, seque oportere rationem reddere, non solum de suis excessibus, verum & de illorum, quos quandoque corrigere debuit, & non correxit. Exadtores itaque cum declinare vellet, nec posset, clamans inter angustias expiravit. O quam horrendum est illius horum exitus expectare, & non cum lachrymis debitis, & dignis poenitentia fructibus eam præve- nire. *Tom. Cantiprat. lib. 2. Apum. cap. 17.*

JOHANNES Gualbertus monasterii Vallis-umbrosæ Abbas, cum nimia austeritate ad ardua quæque tenderet, neque vulgarem virtutis tramitem ingredere, & insit- morum mores pari rigore asstringere vellet, divina dis- pensatione evenisse crederet, ut fracto stomacho, perpetuo languori ad supremum usque vitæ diem obnoxius fieret, ut ex sua infirmitate aliorum quoque vires metri- di disceret: Cum enim initio pauci admodum nimium illum vitæ rigorem imitari posset, eo morbo correptus, ita institutum suum erga omnes moderatus est, ut nemo illo humanior, nemo benignior videretur. *Ex Blasio Melanillo, ejusd. ord. Generati.*

IGNATIUS Lojolanus primus Societatis Jesu parentem tan- tæ in suos clementia fuisse scribit auctor vitæ ejus, ut con- fectum illum per triginta, & eo amplius annos, non quidem, aut stupidum appellasset quemquam, aliove contume- lioso verbo affectis. Quod in objectionibus sæpe obser- vavimus, ut sermonis gravitate adjuncta, acerbitas tamen omnis abesset; neque verbo morderet quemquam, sed rerum severa explicatione compungeret. Neque enim quemquam, cum asperius etiam objurgaret, vocabat aut non obedi- entem, aut superbum, aut inertem, & pigrum, sed quid cuique inesset vitii, rei explanatione ostendebat. Sanandis morbis, qui iidem omnino videbantur, diversas, interdum etiam ad- versas, & contrarias adhibebat medicinas: nam alium blan- dè curabat, ac suavitè durè alium, & severè: exitus tamen ostendebat, semper eam curationem fuisse adhibitam; quæ optima cuique esset, & accommodatissima. *P. Ribadeneyra in vita ejus cap. 6. & 10.*

Extensio manuum in formam crucis inter precandum dis- cipulis Petri Damiani admodum usitata erat. Habemus, in- quit, quandam juveniculum fratrem, qui confessus est, à capite usque ad sinem palsterii elevata fe brachia tenere dum psallit, ita ut laquear tabularum cellula manibus sæpe contingat: hæc tamen discretione servata, ut per quinqua- genos psalmos ad momentum brachia extensa deponat, & protinus erigat. Habemus & alterum provectoris ætatis, incurvum videlicet senem, & ut secretè tibi confitear, hic Dominicus est. Is itaque quandam scripturunculam reperit, ubi dicebatur, quod si quis duodecim illic notatos psal- mos vices quatuor electis in modum crucis manibus caneret, pro uno posset ante poenitentiam regulariter com- pensare. Protinus ille in exercitium id, quod dicebatur, arripuit, & duodecim illos psalmos extensis brachiis, sicut dictum est, vices quater sub nullo prorfus intervallo, sed uno ductu quotidie decantabat. *P. Damian. in vita S. Domi- nici Loricarii.*

Quoad catenam ferream attingit, S. Dominicus ordinis Prædicatorum parens, ac fundator eam semper, ut ait *Theodo- ricus* in ejus vita, ad lumbos habebat. Non autè sat habuit vitæ Dei,

Dei, perpetuis vigiliis carnem macerasse suam; sed etiam, a quamvis innocente, & virgineam, multis verberibus, & ca- sificationibus attrivit: fingens enim noctibus ter catena fer- rea se flagellavit; primo pro seipso, pro propter peccatores in mundo degentes; tertio pro animabus poenas in purgatorio luentibus. *Theodorius in vita.*

Non est hoc loco silendus S. Franciscus Assisias, qui, ut de illo testatur D. Bonaventura, rigidus in disciplina super- custodiam suam stabat, curam permaximam gerens de utrius- que hominis pietate servanda. Cum apud eremum de Sar- thiano nocte quadam orationi vacaret in cellula, vocavit cum hostis antiquus tertio dicens: Franciscus, Franciscus, Franciscus. Cui, cum quid quereretur, respondisset, fallaciter ille subjun- git: Nullus est in mundo peccator, cui, si convertus fuerit, non indulget Deus: sed quicumque semetipsum poeniten- tia dura necaverit, misericordiam non inveniet in æternum. Statim vir Dei per revelationem cognovit hostis fallaciam, quomodo nifus fuerit eum ad tepida revocare. Nam hoc se- quens, indicavit eventus: continuo enim post hoc ad insul- tationem illius, cujus halitus prunas ardere facit, gravis ipsius B carnis tentatio apprehendit: quam ut præsentis castitatis ama- tor, deposita veste, chorda cepit se verberare fortissimè: Epa, inquit, frater agine, sic te decet manere, sic subire flagel- lum: tunica religiose duxit, sanctitatis signaculum præfert, furari eam libidinoso non licet, si quò vis pergere, perge, &c. *D. Bonavent. in vita cap. 5.*

Supradictis sanctimoniam præstantibus viris adiciamus S. Patrem Philippum Nereum Congregationis Oratorii fun- datorum, qui, ut in vita ejus scribitur, vitam complures an- nos eremiticam propendit duxit, lachrymis se magis, quam pane reficiens: singulis diebus se flagellis quam acerrimè cæ- dens super nudam humum cubans; simplicem panem cum pauculis nonnunquam olivis, seu pomis ad cibum, & simp- licem aquam ad potum adhibens. *Jacob. Grefferus lib. 1. de disciplinis.*

Idem flagellationis supplicium beato Patri nostro Franci- sco Xaverio frequens fuit; & flagellum, quo usus est, etiam aliis salutare: de quo in vita ejus; Certis auctoribus com- pertum est, flagella ex funiculis, quibus Franciscus se diver- berare solitus, à Neophyto quodam pie admodum aservata, atque horum beneficio sanitate redditam nonnullis, alia- que multa sanè admirabilia patrata. Etiam adolescens, ad edomandam lascivientem ætatem, nudos artus funiculis sæpe, acedii contractis habuit cum acrisensu doloris: & in omni vita, tum frequentibus jejuniis, tum crebris verbera- tionibus corpus afflicta vitæ suum. *Harat. Turfollin. in vita lib. 4. cap. 6. & 9.*

D. P. FRANCISCUS Borgia tertio Societatis nostræ Præposito Generali, antequam etiam in religionem no- men daret, hæc in ejus vita legitur: Par austeritas in vigiliis, & cilicio, quibus carnem domabat, flagellum item, & sui contemptu, atque victoria, quin flagellis humeros, lumbosque disciderat, ut putrefecere videren- tur; quæ res religionem illi iniecit. Fidere tamen se aje- batur, & beneque sperare, fore, ut Deus sui miseris igno- sceret, si quando modum excessisset, quod pio id stu- dio factum esset, meminissetque idem alius prius usu ve- nisse. *lib. 2. cap. 10. vita ejus.*

Anno Christi Domini 1477. B. Alesius Vintonienfis in Anglia Episcopus, dum lactos ordines celebrasset, tres dieque ordinibus, Præful sanctæ recordationis astantibus di- xit: Hodie tribus monachis manus imposui, quorum duo Pontificalis ordinis gratiam obtinebunt in civitate Vvi- gornie, ac deinde in Centia: alter meam sedem quandoque implebit. Tertius vero voluuptatum petulantia accensus exitum miserabilem sortietur. Quan utique sancti Præfulis pro- phetiam, ut prædixerat, rerum exitus comprobavit. *Baron. tom. 3. anno 947.*

* VITA SOLITARIA MONACHORUM, & religiosorum domestica.

JOHANNES dictus Silentiarius, Colonia in Armenia Anti- ftes: vir divinus, cum transisset jam decem annos in Epi- scopatu, accidit, ut innotis fororis ejus, qui vocabatur Pami- cus, Armeniorum haberet administrationem: hic instinctu satanico cepit damno afficere, & conturbare eam, quæ illi reddita fuerat Ecclesiæ: his quidem qui eam administrabant non permittens, ut Ecclesiasticarum rerum curam gererent: *L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.*

eos autem, qui intra ojus fines confugiebant, viavellens, & jusasylis solvens, ac violans. Qui cum sæpe rogaretur à E- servo Dei, evadebat deterior, Maria ejus forore jam mor- tua. Cum autem ex eo vir iustus in gravissimam incidisset af- flictionem, cogitur venire Constantinopolim. Cum verò illic esset, Euphemius ejus loci Episcopus consilium Deo gratum dedit, nempe ut in sanctam secedat civitatem, & per se quiescat ab omnibus hujus vitæ negotiis. Itaque cum Hierosolymam venisset, magno animi dolore affectus roga- vit Deum cum lachrymis, ut duceretur in locum sibi gra- tum, & quietum, & aptum ad salutem consequendam. Postquam autem in primo sancta civitatis Gerocomio, in quo est Oratorium sancti Georgii martyris, venerandus Pa- ter in fundendis noctu ad Deum precibus versans longo tem- pore, cum unus ex omnibus solus impluvium cælum aspe- xisset, aspexit repente stellam lucis, quæ habebat figuram crucis, & ad ipsam veniebat: & audivit vocem ex illa luce di- centem: Si vis esse salvus, sequere hanc lucem. Is autem cum credidisset, protinus est egressus, & illam lucem secutus, venit in maximam Lauram Patris nostri Saba, cum eo tem- pore esset Hierosolymita Ecclesiæ Pontifex Sallustius. *Cyri- lus in vita cap. 26. apud Suriann. 1. 6. Baron. tom. 6. ann. 491.*

Quanti autem profectus sit, quantaque utilitatis Christi servis ipsa solitaria vitæ observatio, locupletissimus testis est Arsenius: cujus disciplina Theodosius Imper. filios suos Honorium, & Arcadium commiserat. Et enim antequam religionem inisset, rogasse dicitur sibi à Domino revelari, qua potissimum ratione salvus posset? & responsum acce- pisse, ut consortia hominum præcipue secularium declina- ret. Factus verò monachus, inter precandum rursus vocem audivit dicentis: Arseni, fuge, tace, quiesce: ut scilicet devitaret fuga, frequentiam; taciturnitate, iactantiam; quiete, fluxuram, atque fragilium rerum sollicitudinem. Proinde secedens in partes Syriæ, eo loci, qui Troen dicitur, sedit solitarius annos quadraginta. Deinde in deserto vastiore ultra Babylonem, Memphis versus, annos decem. Postea ad Canopum Alexandriæ annos tres. Rursum in Troe annos duos: sicque præcto vitæ cursu novagenarius terram reliquit, & ad Dominum migravit, bonis cælestibus semper fructurus.

Ad sanctum Guthlacum Confessorem inhabitantem hor- ridam insulam circa Angliam, cujuscumque generis aves eremi- calacriter accedebant vocata. Ille verò ejus humeris fa- milliariter insidentes quodam gratulationis applausu sancti viri humanitatem prædicare videbantur. Cumque ab illo scilicet- taretur vir quidam, unde esset tanta illarum avium confiden- tia, & inreperda apud ipsum habitatio? Respondit: Quæ toto corde fugit consortia hominum, et non solum fera, & volucres, sed cætera quoque omnia solatio sunt, atque ei in- super nunquam deerit blanda consolatio Angelorum. *Surius in ejus vita, tom. 2. 11. April.*

MALCHUS ex vico Marovia Antiochiæ propinquo oriundus, nuptias fugiens in solitudinem Chalcidensium venit, & cum monachis vixit sub Valentiniano Imper. & Gra- tiano, mortuo tandem patre, ad suos redire volens, à Saracenis captus, & pascendis ovibus præficitur. Cum autem Domino suo liberaliter servivisset, servam matrimo- nio sibi jungere coactus mortem sibiipso concivisset, nisi ab illa voto communi castitatis suscepto servatus fuisset. Postea subreptis duobus hircis eximis, ex pellicibus utres confecit, & fluxivum tranavit. Insequente Domino, in spe, H cum lætæ se commisit, quæ & Malchum servavit, & domi- num occidit. Inde ad monachos, à quibus abierat, reversus, reliquum cum illis vitæ spatium exegit. *D. Hiero- nym. in vita.*

JULIANUS Saba, corpore expertum vitam inera corpus referens, circa Edeffam Syriæ urbem sub Constantio vixit. Ille studiosus deprecabatur Deum conditorem omnium, cum cognovisset interminatione Juliani Apostatæ. Eo autem ipso die, quo cæsus fuit Julianus, rescivit inter preces occidisse: quamvis plusquam viginti stativis exercitus abesset ab illo loco, in quo vacabat curis pietatis Saba. Ajunt autem de- precantem ipsum cum lachrymis, & supplicantiem clementi Domino, subito represso fletu, lætitia repletum, & vultu hilari fuisse, quo gaudium mentis facile declararetur. Hæc ejus familiares mutatione notata orant, ut exponat sibi occa- sionem gaudii. Tum ille respondit: Suem agrestem, vastato- rem vineæ Domini, poenas exolvisse injuriarum erga Do- minum suarum, & nunc jacere mortuum, neque amplius ab ejus infidiis metuendum esse. His auditis exiliere omnes, *Vuu 4 & gra.*

& gratiarum actiones cecinere Deo . Cognitum autem fuit A ex nunciis mortis illius, eo ipso die hac hora extinctum fugitivum istum fuisse, quo hoc accidisse senex cognoverat, atque praedixerat. Theodor. hystor. Eccles. lib. 3. cap. 24. Sozomen. lib. 1. cap. 14.

* LICENTIA SUPERIORIS, ET COMES NECESSARIUS RELIGIOSO EXTRA monasterium.

EX S. SCRIPTURA.

MOYSI populum educturo de Agypto, & cum Pharaone de rebz gravissimis aucturo, datur socius Aaron. Exod. 4. & 7. JOSUE, & Caleb sedant populum murmurantem, & introducunt filios Israel in terram promissionis. Num. 14. JOSUE duos mittit exploratores in Jericho. Jos. cap. 1. TOBIAS senior anxie quaerit comitem filio ad pecuniam exigendam profecturo. Tob. 5. Divus Joannes Baptista dyos ex discipulis suis legat ad Christum. Matth. 11. SALVATOR ipse discipulos 72. designatos, binos mittit ad B praedicandum. Luc. cap. 10. cum ut laborum socium, cum ut vita habeant testem. Idem apud Marcum 12. Apostolos binos mittere cepit. Marci 5. Duos ex discipulis mittit ad solvendum asinum; & parandum pascha, Petrum, & Joannem Luc. 22. PETRUS, & Joannes sapienter sociati veniuntur. Act. 8. SPIRITUS sanctus sibi segregari jubet Saulum, & Barnabam in opus, ad quod eos assumpsit. Act. 13. JUDAS item, & Silas destinantur simul Antiochiam: & Paulus cum Sila sultrat Syriam. Act. 15. Duo testes, Enoch, & Elias, venturi sunt tempore Antichristi. Apol. 11.

EXEMPLA HISTORICA.

Ubi, & de variis circa haec eadem constitutionibus.

Legimus in regula S. Pachonii, Religiosus permittente C Prapolo egressurus accipit comitem eggressionis suae; & jus fides probata est: & sic mittitur ad fratrem videndum, vel ad proximum. Et post: Nullus solus mittatur foras ad ali- quod negotium, nisi juncto ci altero. S. Augustinus: Quando, inquit, proceditis, simul ambulate: cum veneritis, quo itis, simul itate. In regula cap. 10. & iterum cap. 12. Quando simul estis in Ecclesia; & ubicumque foramine sunt, invicem pudicitiam vestram custodite. Deus enim, qui habitat in vobis, etiam illo modo custodiet vos ex vobis. Concilium Eboracense in Anglia coactum ab Archiepiscopo Cantuariensi legato Sedis Apostolice, anno Domini millesimo centesimo nonagesimo quarto, inter alia decreta condita ad occasionem evagandi monachis, & canonice regularibus adimendam, hoc habet: Decernimus, ne extra monasteria sine certa, & rationabili causa, nec absque societate, & certis sithonestas, & indubitata, proficiantur. Et Sinaragdus, Sed ne frater in via dirigitur solus, sententia Patrum nos docet, quae dicit: Ad necessaria querenda bini egrediantur, vel terni fratres, & tales, quibus creditur: non qui verbositate, aut gulam sectentur. Baron. Tom. 12. anno

D 1194. JUSTINIANUS Imperator in constitutione de monachis, eorum evagationem damnat his verbis: Et primum quidem, ne monasterium multos habeat aditus, sed unum tantum, aut duos forte; & ut portae assistant virgatae graves, & casti, neque non omnium testimonio comprobati, qui neque ipsos reverendissimos monachos permittant sine Praefulis voluntate monasterio egredi, sed itus eos continentis ut ea, quae Deum concernunt, perquirant; nec se ipsos, actionesque, ac studia sua a Deo divellant. Novel. ar. constitut. 133.

A PALLAMO laudatur Ildorus Abbas mille monachorum pater, quod eos ita contineret in monasterio usque ad mortem, ut non nisi duo solum ex ipsis presbyteri egredirentur, qui opera fratrum administrantes referrent ea, quae erant ipsa ad illum necessaria. Dicebat autem: Presbyter, qui portam custodiebat, eos, qui intus essent, sanctos esse tales, ut possint omnes signa efficere; & neminem ante decessum in morbum incidere; sed quando uniuersusque venisset translatio, id omnibus prius significantem, & se

reclinantem, dormite, Hist. Laus. cap. 71. ABAS Marcellus Sectioa admirationi est, quod per E annos quinque, & tringenta monasterium non fuit egressus. Volensque aliis prodesset dicebat: Quando eram in Provincia mea (erat autem ex Apamea) iuvinga quidam illic erat, nomine Philereus: qui cum die quadam superatus fuisset, surrexerunt, qui ex parte ejus erant, clamantes ei: Philereus coronam in civitate non accipit: Cum itaque vensem postmodum in Scitum, si quando pulsaret cogitatio me, ut recederem in civitatem, aut villam continuo dicebam in meipso: Marcelli, Philereus coronam in civitate non accipit: Et Christi gratia ista cogitatio fecit, ut de Sciti non egredere per annos triginta quinque, donec venientes barbari apprehenderunt me, & venderunt, Pentapoli, Scitumque desolaverunt. Prat. Spirituale cap. 152.

S. BENEDICTUS, monachorum facile coryphaeus, huic legi de non egrediendo absque causa, & socio paruit. Nam Scholasticam foretorem hunc religiosissimum invensens, socios ex discipulis secum duxit; qui in eodem loco cum eo perstitissent: ut attentè legenti narrationem S. Gregorii lib. 2. Dialog. cap. 33. manifestum sit.

Apud Palladium huic simile narratur. Prior monachus foretorem aditorem ex obedientia Parrum, & Episcopi rogatu, socio assumpto ad eam accessit. Quam lepidissime fessile claudens sibi oculos, cum in ejus conspectum venit. Pallad. hystor. Lausaca cap. 87.

Quam honorificum sit religiosus habere socios in plateis, id sentiebat S. Carolus Cardinalis à biennio in sanctorum album relatus: qui (ut traditur à scriptoribus vite ejus, & ego memini) quaquam in refectuario numquam decrat officio suo, vir humilis verè, atque humanus; tamen obvios religiosos sine socio minime refecturabat; quod haud ullo honore dignos ducebat eos, in quibus maximam Religiosus, ac probitatis nocam deesse videret. Nam omni improbitatis extincta suspicione per socii praesentiam, necessario conficitur, ut religiosus probus habeatur, regularis observantia cultor in omnibus, virtutis, ac morum honestate decoratus: proinde illo dignus mulier, qui hujusmodi religiosus debeatur. Carol. Episc. Regal. lib. 3. vite ejus cap. 17.

Jure laudatur à Jordano de Saxonia prudens Adolefcentuli religiosi presbyterum senem honestissimum associantis responsum. Interroganti enim, ad quid cum Seniore egresset? G Ut sim, inquit, testis socii mei. Putavit ad decorem, ad honorificentiam, ad dignitatem Senis pertinere, se esse testem ipsius. Jordan. de Saxonia lib. 1. vite frat. cap. 12.

Libet hoc loco commemorare, quod ponderat, & magni facit Thomas Cantipratanus, auxilium, quod afferret socio in itinere agrotanti. Refert enim, quendam religiosum sui Ordinis, cum fratre ex eodem Ordine, quo cum solebat ambulare, in hospitio meritorio decubuisse. Cum vero dormiret, audivit vocem sibi dicentem: Surge, inquit, & vide, quid agat frater tuus, jam enim mortui proximus agonizat, Expetre te ergo, & nihil inveniens, rursus obdormit. Agit vox iterum monachum dicens: Surge, & visita fratrem tuum morientem. Ad hanc vocem denuò excitatus, nihil adveniens obdormit rursus. Et ecce vox tertio ait: Male distimulasti, quia mortuus est frater tuus. Mox ille sumpta veste, confusus, & admirans surgit, & quaesitum, morte repentina in eodem hospitio de fundum reperit. Ecce quam vera Salomonis sententia: Frater, qui advatur à fratre quasi civitas firma. Lib. apum. cap. 11. §. 3.

PERICULOSA solitudo extra monasterium. NARRAT S. Dorothaeus de Monacho ab Abbate missò ad H amici pro rebus necessariis, qui quia solus erat, à filia illius ad stuprum sollicitatus est, eumque se videret poenè victum, hac una voce tantum clamavit: Deus patris mei libera me! ita inquit, juxta viam, quae ducit ad cellam, reperit eum. S. Doroth. de 87. 1. Cum venisset Antiochiam, audivi quendam de presbyteris Ecclesiae ista narrante. Dicebat, inquit, Patriarcha Anastasius: Cum monachus quidam monasterii Abbatis Severiani missus fuisset in ministerium ad patres Eleuthero-polos, & divertisset ad rusticum quempiam fidelem, habentem filium unicam, defuncta jam matre illius, maneretque in domo dies aliquot; is, qui semper impugnat homines, diabolus, immisit Fratri fordidas cogitationes, impugnabatque de puella, & quaerebat opportunitatem opprimendi eam. Igitur qui illum oppugnabat daemon, opportunitatem quoque illi procuravit: Patre enim puella proficente Aiscaloniam necessaria utilitatis gratia, Frater ille sciens neminem in domo esse, nisi se solum, ad puellam accessit, ut illam vi opprimeret. Illa vero ut vidit ipsum totum perturbatum ad nescium actum prope-

rare, dixit ei: Noli turbari, neque secedum quid contra me A moliaris. Pater meus neque hodie, neque eras veniet. Audi primum quid dicam. Ego enim, novit Deus prompè quicquid volueris, faciam. Cecepit autem illum ita alloqui: Quantum temporis habes, Frater, in monasterio? Dicit ei Frater: Decem & septem annos. Dicit ei iterum, Habes experimentum mulieris? At illi: Non, Ergo tu, inquit puella, vis propter horam amittere tot annorum labores? Quoties fudisti laehyruas, ut carnem tuam Christo Domino puram, immaculatamque servares? Et nunc totam laborem illum brevissimè voluptatis gratia tibi perire vis? Verumtamen, si, ut vis, audierit te, precesque mecum, habesne, quos assumas, & enutrias me? Dicit ei Frater: Non. Tunc illa: In veritate non mentior, si humiliaris me, multorum malorum causa eris. Dicit ei monachus: Quomodo? Puella respondens: Primum quidem, inquit, quia perdis animam tuam. Secundo, quoniam & anima mea cum te requireretur. Hoc enim tibi juramento proseror per ams, quid dicit; Noli me mendacem facere; quia vi humiliaris me continuo mihi ipsi laqueo vitam extorquabo, invenierisque homicidii reus, atque in judicio, ut homicida judicaberis. Igitur an tequam tot malorum causa sis, revertere in pace ad monasterium tuum, & ora pro me. Rediens igitur in semetipsum Frater, ac respiciens, statim reversus est ad monasterium suum, postulatque Abbatem, & veniam postulas, oravit, ut ultra jam de monasterio non egredere-tur. Et cum in contritione cordis egisset tres mentes, migravit ad Dominum. Prat. Spirituale c. 39.

S. Bonaventura suos monens, ne soli cum muliere sint, ne ad breve quietem spatium temporis; rem hanc scribit ad legentem cautela: Domina quaedam, cum duo fratres ad ejus domum diversisset, alterum scortum vocavit in cameram, quod secreto aliquid ei locutura. Quem ingressum mox ad turpitudinem provocans, afferuit firmiter se continuo contra ipsum, quasi violentiam inferentem, nisi sibi acquiesceret, clamaturam. Tunc doctus à Domino Frater, antequam mulier in vocem clamoris prorumperet, ad Fratrem confocium, qui cum pluribus personis in atrio domus erat, alta voce clamavit, libram sibi continuo afferi requirens: sicque adveniente Fratre, necesse habuit mulier à nescia sollicitatione cessare: & Frater hominum consulationem evasit. Bonavent. C. p. 1. Specul. arr. 4. c. 4.

S. VINCENTIUS Ordinis Prædicatorum accersitus ad audiendam confessionem à puella morbum simulante in lectulo, relictusque solus à socio, ad flagitium miro, ac vehementi artificio provocatus est. Sed divina gratia sancti viri constantiam adjuvante, resistit invitanti, h. i. vite ejus, cap. 12.

BERNARDINUS Senensis dum pannum emeret, à femina per fraudem inclasus, unde exire non poterat, & solitam calumniam minitante, nisi consentiret: spe aliqua consensus præbita, nudatam illam strenuè flagellans ad saniores rediit mentem; seque ex magnis angustiis, in quibus desertor officii sui socios ipsum conjecebat, incolentem eripuit. In vita ejus c. 23. apud Surium 20. Maii.

Apud S. Dorothæum, Oeconomus, qui monachum è venerandis religiosus miserat foras, profectus in terram, & agnoscentes culpam suam, postulat veniam ab Abbate, dicens: Ignoscere mihi, Pater, quoniam quiescebas à vigiliis, propterea non permisi cum petere abs te illuc abundi facultatem. S. Doroth. Serm. 9.

Audiant ad extremum religiosi solitarii discursum, & egressum amantes, & absque socio comite sese clanculum aliquando subducunt Thomam Cantipratatum lib. 2. c. 11. §. 2. Quam sit vera, inquit, hæc sententia, vè soli, ego novi, qui annis 30. vices Episcopi in diversis Provinciis habui: qui in hoc articulo, quo Religiosi soli vadunt in viis, vel soli manent in curiis, horrenda mala, horrenda scandala, horrendaque pericula frequenter audivi; quæ nunquam sustinissent adjuncto socio, vel scilicet. Ita ille. S. Thomas Aquinas dicere solet, Monachum solum demone esse solitarii.

* SILENTIUM Monasterium.

PAMBUS Abbas cum sine literis esset, accessit ad quendam, ut doceret psalmum: Qui cum audivisset primum versum psalmi trigimesi octavi, Dixit custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea; secundum versum non passus est au-

dire, dicens: Si potuero opere hoc implere, hic versus tantummodo mihi sufficere. Cumque doceretur, qui ei tradiderat E versum, culpares, cur per sex menses ad se minimè venisset, respondit, Quia versum illum adhuc opere non implevi. Postea vero cum multos supervivisset annos, à quodam noto rogatus, an didicisset versum; Quadragesima, & novem, inquit, annis vix cum implere valui. Hystor. Tripart. l. 8. c. 1. Pet. de Natal. l. 6. c. 38.

Idem postmodum servandi silentii adeò studiosus fuit, ut cum Theophilus Episcopus cum adisset, ut spiritualis vite documentum audiret, vir sanctus consuetum silentium retinens, nihil dixerit. Monachus autem cum incusantibus, quod nullum adificationis verbum Episcopo dixerit, respondit: Si mea taciturnitate non edificatur, nec meo sermone edificari potest. Pet. de Natal. l. 6. Catal. 95. c. 38.

S. ARSENIUS, quondam filiorum Theodosii Cæsaris institutor, cum in eremum secessisset, fratri cupide cum invenit, post salutationem peractam, nihil locutus est, cum tamen diu fermonem exhortatorium unà cum socio ab eo expectasset. Sape secum ipse loquebatur in hunc modum: Arseni, cur egrossus es? hoc est, quis tibi scopus fuit, ut munus denunciaris? Illud vero frequentius? Locutum fuisse sepe penitenti, tacuisse nunquam. Sim. Metaphrasies in vita ejus apud Surium 19. Julii.

Circa annum Domini nongentesimum trigessimum sextum, quid cuidam Fratri, qui cum Odone Abbate Cluniacensi Romam profectus erat, acciderit, annotare libet, non tam ut vestra industria innotescat, quam neia oblivionem abeat, si non sit literis commendatum. Permanente igitur Abbate intra Urbem orationis causa, visum omnibus fuit, ut frater nosster Godefridus in agrum mitteretur equorum pastoribus, & Godefrido in precibus somno oppressis pastoribus, & Godefrido in precibus vigilante, fur adit, raptumque confendit equum, & fugam inuit. Videbat id quidem Godefridus, sed equum perdere maluit, quam frangere silentium ex regula constitutum, quod si rupisset, fur ille mox relicto equo, in pedes, nempe in fugam, se conjecisset: Attamen unum è pastoribus excitans, id quod figebat, signis ei indicabat. Nocte exacta, mane vident furem non procul remotum cum equo consistere; itaque comprehensum illum injectis G vinculis ad Patrem Odonem remittunt. Is vero mox quinque solitos argenteos ei dari jubet, dicens: Fas non est absque justa mercede dimittere, qui tota nocte magnos esset perpeffus labores. Ex Joann. Cluniacensi. Baron. l. 10. anno 936.

D. Athanasius de B. Antonio Agyptio Abbate memorat, quod cum illi in deserto agenti, semel aut bis in anno minister quidam panem, quo solo vivebatur, afferret, ne simplici quidem verbo ultro citroque dato, quietem suam vir sanctus intempere volebat; ne hac occasione internum illud animæ suæ silentium, & sabbatum violaret. Ex Athan. Lud. Granat. Conc. 2. Intra 8. Epiph. p. 2.

Divus etiam Franciscus, primus Fratrum minorum patrens, in solitudine montis Aruerniæ cum Deo vivam agens, socium admonerat, ut cum media nocte ad illum pergeret nocturnos cum eo hymnos recitaturus, nullum verbum proferret; sed statim verficulum inchoaret. Domine, labia mea aperies; Quod si quietem verficuli partem ipse non redderet, abiret proinus. D. Bonavent. in vita ejus.

Cum aliquando venisset ad B. Antonium eremitam fratres, magni quidam, & perfecti viri, accidit etiam Paulum simplicem adesse. Cum sermo inter eos de profundis rebz, & mysticis haberetur, & de Prophetis, & Salvatore plurima tractarentur; Paulus ex simplicitate animi interceperat: Num Christus prius fuerit, an Propheta. Beatus vero Antonius cum pro eo quod tam absurdè interrogaret, quasi erubisset, blando motu, ut erga simplices solet, silere atque abire cum jubet. Ille autem, qui omne quodcumque ab eo dictum fuisset, tanquam præceptum Dei servare institueret, abscedens ad cellulam, luavi tanquam mandato accepto, silentium gerere instituit. Quod cum compertisset Antonius, mirari admodum cepit, unde hæc illi obfistitia placuisset, quam à se sciebat non esse ei injunctam. Cumque jussisset eum loqui, & cur siluerit, interrogaret, dicit ei Paulus: Tu, Pater, dixisti mihi, ut irem, & silerem. Obstupescit Antonius, ita ab eo sermone, quem ille negligenter protulerat, observatum Omnes, inquit, nos ille condemnat. Cum enim nos de celo Domi-